

**SUPPLEMENTA**  
**HISTORIAE ECCLESIASTICAE**  
**GRAECORUM**  
**SEC. XI. XII.**



VIRO SUMME VENERANDO  
**D. IEREMIAE DAVIDI  
REUSS**

PHILOSOPHIAE ET HISTORIAE LITERARIAE IN REGIA  
UNIVERSITATE GOTTINGENSI P. P. O.  
BIBLIOTHECAE ACADEMICAE PRAEFECTO PRIMARIO  
SOCIETATIS SCIENTIARUM GOTTINGENSIS SOCIO  
AUGUSTISSIMI REGIS HANNOVERAE A CONSILII IUSTITIAE INTIMIS  
ORDINIS GUELPHICI EQUITI RELL.

*Die XXIV Septembris*  
*ANNI MDCCCXXXII*

VITAE QUINQUAGINTA PER ANNOS  
IN MUNERE PROFESSORIO PERACTAE

SOLLEMNIA AGENTI

GRATULATUR

RECTOR ET SENATUS REGIAE ACADEMIAE TUBINGENSIS  
CUM ORDINE PHILOSOPHORUM

INTERPRETE

**THEOPHILO LUCA FRIDERICO TAFEL**

PHIL. DR. LIT. ANTIQU. P. P. O.  
ORDINIS PHILOSOPHORUM H. T. DECANO.

INSUNT

ANNAE COMNENAE SUPPLEMENTA

HISTORIAM ECCLESIASTICAM GRAECORUM SECVLI XI ET XII SPECTANTIA.

ACCEDUNT

ACTA SYNODI CONSTANTINOPOLITANAE  
IN SOTERICHI PANTEUGONI DOGMATA DE CHRISTI CRUCIFIXI  
SACRIFICIO HABITAE.

---

TUBINGAE  
TYPIS HOPFERI DE L'ORME.



NESTORI BIBLIOTHECARIORUM  
IEREMIAE DAVIDI REUSS  
GOTTINGENSI  
SALUTEM

Anno hujus seculi vicesimo primo, quum renovato in Tuum honorem doctoris philosophiae diplomate, quo Te quinquaginta annis ante philosophorum nostrorum ordo ornaverat, fausta quaelibet Tibi apprecaremur, id praeter alia in votis habebamus, ut vegetum, quom tum gaudebas, senium Tibi benigne continuaret Deus Optimus Maximus; unde non solum inelytae Tuae Georgiae Augustae, quam summo pere a Te augeri ornarique omnes sciunt, uberior honos utilitasque accresceret, verum etiam aliis voluptas redundaret, cujus aliquam a popularibus Tuis Württembergensibus particulam vindicari posse non ignotum Tibi fore sperabamus, Vir Summe Venerande.

Annuit his nostris votis rerum nostrarum moderatrix, providentia divina. Hujus enim tribuendum singulari beneficio, quod Tu, etiamnum omnis, ut antea, doctrinae lectissimus sacerdos peruestigatorque acutissimus, munus gravissimum fueris studio indefesso viribusque infractis, atque omnium terrarum Viros doctos ad rivos cujuscumque doctrinae admittis, quos Gottinga Tua scaturit, alma literarum mater.

Hoc Tibi gratulamur populares Tui, nomini Tuo, totum per orbem celebrato, addictissimi, quibus nihil neque jucundius neque honorificen-

tius accidere potuit, quam professorii muneris apud Göttingenses Tibi delati post hos quinquaginta annos concelebratio sollemnis.

Vale, iterumque vale, Vir eximie, rarum vividae et literatae senectutis exemplar, vultuque sereno accipe tractatus historico-theologicos, quos laetitiae nostrae Interpres his litteris ad Te datis subiecit, scilicet eiusdem, cuius Tu, Ducalis olim, nunc Regii seminarii evangelico-theologici Tubingensis alumnus, quod ad altiora provehere ne dedignetur Deus optimus maximus!

Tubingae, 19. Sept. MDCCCXXXII.

*RECTOR ET SENATUS REGIAE ACADEMIAE  
TUBINGENSIS*

*CUM ORDINE PHILOSOPHORUM*

*INTERPRETE*

*THEOPHILO LUCA FRIDERICO TAFEL*

*PHIL. DR. LIT. ANTIQ. P. P. O.*

*ORD. PHILOS. H. T. DEC.*

---

---

ANNAE COMNENAE SUPPLEMENTA, HISTORIAM GRAECORUM  
ECCLESIASTICAM SECVLI XI ET XII SPECTANTIA.

ACCEDUNT

ACTA SYNODI CONSTANTINOPOLITANAE, IN SOTERICHI PANTEUGONI  
DOGMATA DE CHRISTI CRUCIFIXI SACRIFICIO HABITAE.

---

---

Theologiam Graecorum dogmaticam seculi post Christum natum duodecimi, imo etiam superioris aevi, quod medium inter Photii patriarchatum atque initia regni Comnenorum locum tenet, paucis literarum monumentis illustratam esse, non est, quod multis tibi demonstrem, candide harumque litterarum intelligens lector. Quanquam ea non ipsorum culpa Graecorum est, qui placato post Photii turbas ecclesiae statu, vix unum alterumve scientiae Christianae caput intactum acumini suo reliquerunt, difficillimosque theologiae locos novis identidem curis tentarunt, quantum ex annalibus istius aevi autumare licet; ea non ipsorum, inquam, culpa Graecorum est, sed hominum doctorum Europae occidentalis, qui laeto istarum litterarum fundamento, quod vir summus, Leo Allatius, Graeco-Romanus, Vaticanae praefectus, aliique illius aetatis non docti solum, verum etiam Maecenates condiderant, mirum quantum contenti, satis iam monumentorum habere arbitrabantur, ex quibus suam theologiae Graecorum medii aevi notitiam, si quidem eam omnino studio suo non dedignabantur, haurire possent. Unde factum est, ut paene iam inculta neglectaque iaceat illa disciplinae doctioris elegantiorisque pars, quae historiam theologiae Christianae orientalis comprehendit, scilicet omnibus vix alios fontes sectantibus, quam eos, qui occidentalis ecclesiae atque theologiae statum illustrant.

Verum non tam futilis atque abiecta est rerum divinarum apud Graecos seriores cognitio, ut ea indigna videatur, ad quam bonarum artium studiosus attendat. Quam opinionem non tantum pauca infringunt scripta illius temporis systematica, quae lucem publicam viderunt, sed ipsi quoque gentis nunc reviviscentis quos vocant chronistae atque annalistae. Quam multa enim vel hi tradunt, quae statum ecclesiae omnisque doctrinae theologiae spectant, nemini omnino contemnenda, cui satorum Christianismi accuratior notitia cordi fuerit!

Historicis illis, quos modo memoravimus, accensenda praeter alios Anna Comnena, porphyrogenita, quae vitam Alexii patris, qui regnum Comnenorum condidit, docto saepe elegantique volumine descripsit; deinde Nicetas Acominatus Choniates s. Colossensis,

Annae continuator, regniq[ue] Comnenorum ab Joanne usque ad captam a Latinis anno MCCIV Constantinopolin annalista locupletissimus.

Age vero ipsam Alexiadem aggrediamur, sive Annae Comnenae librum, cujus supplementa promittit inscriptionis huic tractatui praefixae pars prior. Sunt ea generis theologici, spectantque Joannem Italum, Eustratium Garidam, Leonem Chalcedonensis ecclesiae episcopum, alios.

Priusquam vero ipsos Alexiadis locos distinctius indicamus, quos novis quibusdam, quas manu tenemus, copiis litterariis suppleturi sumus atque illustraturi, animus est, ad ad fontem te, prudens lector, adducere, ex quo ea hausta sunt, quae cum prior, tum posterior inscriptionis pars promittit, qua frontem huius nostrae dissertationis insignivimus. Quid multa? Est inedita Nicetae Acominati Choniatae, qui Comnenorum proximorumque imperatorum res gestas illustravit, panoplia s. thesaurus orthodoxae fidei, tomis sive libris constans XXVII, scriptaque in gratiam amici, qui capta a Latinis Cpoli solum vertere ut Nicetas coactus erat. Persequitur hic thesaurus omne genus haeresium schismatumque ad Nicetae usque aetatem, eaque testimoniis veterum ecclesiae doctorum vel propriis argumentis confutat. \*) Euthymii Zigabeni, qui Alexio Comneno imperante vixit, vestigia premere, imo in plurimis panopliam eius, quae Tergovisti typis excusa est, exscribere videtur; in eorum vero temporum enarratione, quae sunt Euthymio posteriora, alios fontes sectatur, quorum plurimi nos adhaec latent; plurimi, inquam; esse enim inter eos quosdam venerandae auctoritatis, scilicet acta synodalia, quae verbotenus operi suo inseruit Nicetas, cum ex iis apparet, quae de Sotericho Panteogono publici nos juris fecimus, tum ex Veterum Scriptorum Nova Collectione, e Vaticanis codicibus edita ab Angelo Maio, bibliothecae Vaticanae praefecto, cuius praecleari operis tomus quartus acta Synodi Cpolitanae Manuele Comneno imperante habitae divulgavit, quae verbotenus comprehenduntur panoplia, quam Nicetas noster congressit, partibus extremis; quod nobis clarum reddidit apographum istorum tomorum s. librorum, quod nostram in gratiam confecit Vir doctus, Theodorus Sypsomus, Byzantius, nunc Parisinus, intercedente et procurante Ludovico de Sinner, Parisino, qui post alia, quae de literis nostris egregie meruit, cum Hasio et Fixio insignem nunc operam praestat Stephani thesauro totius graecitatis, novis doctorum curis emaculando atque agendo. \*\*) Sunt et alia, quae Nicetam, panopliae conditorem, ut scriptorem non minus diligentem accuratumque prodant, quam qualem ipse se praestitit in exarando annalium suorum opere, quod manum sanatricem exspectare nunc dicitur Immanuelis Bekkeri, Berolinensis. — Solum vertisse Nicetam supra diximus eo temporis momento, quo Balduini Flandri aliorumque Latinorum manibus prostrata succubuit splendida Comnenorum sedes, Constantinopolis. Nicaeam deinde Bithynorum urbem concessit cum reliquis Graecorum, qui e patriae ruina profugerant, ibique probus doctusque ut pauci magnus

\*) Fabricii biblioth. Graeca Tom. VIII. p. 742. ed. Harl.

\*\*) Non abs re fore speramus, neque ingrati ipsi Angelo Maio, si codicis panopliae

antea imperii Graecorum cancellarius, auctor noster, ingratum satis volentibus otium praeferat annalium suorum sive exarationem sive consummationem insumsit huic suae

infra describendi lectiones potiores contulerimus cum lectionibus codicis Vaticani, e quo sua dedit praesul Romanus, promovendis literis natus factusque. Spectant ea synodum, cuius Ipse acta edidit.

Edit. A. Mai.	MS. Paris.	Edit. A. Mai.	MS. Paris.
pag. lin.		pag. lin.	
1. 1 Σύνδοδος περί τοῦ ρητοῦ, ὅτι ὁ πα- τήρ μου μείζων μου ἐστίν.	Περὶ τοῦ δόγματος τοῦ ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστίν. Τόμος κέ.	8. 3 Ἀθανάσιος	ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος
1. 4 Ἐχθρῆσις	Ἐχθρῆσις	8. 3 ἄνθρωποι ἢ ἄγγε- λοι	ἄγγελοι ἢ ἄνθρωποι
1. 9 τῆς ἀληθοῦς ἐρ- μηκείας	Haec obliterata sunt in Ms.	8. 6 ὁ οὖν	ὁ γοῦν
1. 12 πρῶξις Α	ομ.	8. 7 ἐκ τῆς ὁδοιπορίας	ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας
2. 6 μίσην ἐκκλησίαν	μίσην τὴν ἐκκλησίαν	8. 8 ἐκ τοῦ παραδείγ- ματος — ἐκοπί- σεν	ομ.
2. 7 πρὸς ἐτίραν τι- θίστων	πρὸς ἐτίραν ἀτιθέ- σιων	8. 11 Ἀθανάσιος εἶπε· μύμησο — ἀρα- ρότως	ομ.
2. 11 εἰ καὶ μὴ πάντας	καὶ εἰ μὴ πάντας	8. 13 ὁ πατήρ μου ὁ	ὁ πατήρ μου μείζων ὁ
2. 16 ἦν τῇ τοῦ πάθους νικτὲ	ἦν ἐν τῇ τοῦ πάθους νικτὲ	8. 14 Ἄρειος εἶπεν· πα- ρακαλῶ σε — τὸ τοῦσα λοιπὸν	ομ.
3. 3 ἠθῆναι τὴν φω- τὴν	Ab his vv.usque ad οὐ- τω ταύτην τὴν φωτὴν lacuna est in Ms.	9. 5 ἀληθῶς ὀρθῶς ἔ- χει τοῦτο	ἠληθῶς καὶ ὀρθῶς ἔχει τοῦτο
3. 5 ἐκλαβόμενον· καὶ	ἐκλαβόμενον[ἐκβαλόμι- νον?], ομ. καὶ	9. 10 τῇ πατρὶ	τοῦ πατρὸς
3. 13 καὶ ἄνθρωπον	ομ. καὶ	9. 10 τὸν πατέρα	ομ.
3. 16 ἐκείνοι πάλιν	ἐκείνοι μᾶλλον	9. 12 ἐμῶν	ομ.
4. 2 δὲ δίδωται	καὶ δίδωται	— — μείζων γὰρ	μείζων μὲν γὰρ
4. 2 οὐραπέρογα	συναπέρογα	9. 14 ὥστε ὡς ἄνθρωπος	ὡς δὲ ἄνθρωπος
4. 5 ἀγνῶν ταῦτα	ἀλλὰ ταῦτα	10. 1 ἐκείνου οὖν μείζων — ἐν αὐτῶ	ομ.
5. 3 κατὰ τὴν ὁμοιο- μαίαν σταγόναν	καὶ τὰς ὁμοιομαίαν (in margine: ὑπερ- βαλοῦσι) σταγόναν	10. 3 ἴσος τοῦ ἐκ πέντε ἄρτων etc.	μείζων τοῦ ἐπιπόντος· πόσους ἄρτους ἔχε- τε; ἴσος τοῦ ἐκ πέν- τε ἄρτων
5. 5 καὶ τὸ διαφύ- γῆν	καὶ τὸ διαφύγῆν. Corrector τὸ δε δι- αφύγῆν	10. 5 κορεννίτος	κορεννίτος
5. 11 ἢ καὶ κατὰ ἤπτον	ἢ κατὰ ἤπτον	10. 4 τοῦ τὸν Λύζαρον ἀπιστῶντος λόγῳ	τοῦ ἀπιστῶντος λόγῳ τὸν Λύζαρον
6. 4 εἶναι πιστεύεται	εἶναι ταῦτα πιστεύεται	10. 5 ἴσος τοῦ τὴν ἕκ- κώτους πηγῆς τῆς αἰμορροῦσης ξη- ράναιτος	ἴσος τοῦ ξηράναιτος τὴν πηγῆς τῆς αἰ- μορροῦσης
6. 16 καὶ οὐδὲ ἐναντίος	ομ. καὶ		
7. 5 οὔτε ἠγροῦσι	οὔτε ἠγροῦσα		
7. 5 ἐκάλισε	ἀνόμισε		

Panopliae componendae, cujus pauca tantum, eaque vix aliter quam interpretatione Latina, lucem publicam viderunt, referentibus Fabricio et Harlesio l. c. p. 742 sqq.

Ed. A. Mai.	MS. Paris.	Ed. A. Mai.	MS. Paris.
pag. lin.		pag. lin.	
10. 6 τοῦ καθεύδοντος ἐπὶ τῇ πρύμνῃ	τοῦ καθέζοντος ἐπὶ τῇ πρύμνῃ	13. 1 ὁ ἰωρακῶς	ὄτι ὁ ἰωρακῶς
10. 7 μείζων τοῦ κρινόμενου — τοῦ σολίζοντος τὴν ψυχὴν	om.	13. 1 πατέρα	πατέρα μου
10. 10 οἰνοχοοῦντος αἵμα — ἢ ἄμπελος ἢ ἀληθινή. Ὁρῆς, τίνος ἐστὶ	om.	13. 1 οὐ γὰρ δὴ	οὐ γὰρ (om. δὴ)
11. 3 μείζων ὁ πατήρ	ὥστε μείζων ὁ πατήρ	13. 2 πατήρ	πατήρ μου
11. 7 ἢ πῶς ὁμοιωθῆσεται	ἢ om.	15. 3 θροῖσθε	θροῖσθε σε
11. 8 καὶ μετ' ὀλίγα πῶς — πρὸ αἰώνων γεννήσει	om.	15. 4 πρὸς τὸ μείζον τὸ ἐλάττω ἀρμόζεται	om.
11. 9 πῶς ὁ πατήρ μου μείζων μου etc.	καὶ πῶς ὁ πατήρ μου μείζων μου; Τῇ κἀτοι ἐκ παρθένου γεννήσει. Πῶς ὁ ἰωρακῶς ἐμὲ ἐώρηκε τὸν πατέρα; Τῇ ἀκτίστῳ τοῦ λόγου φύσει. Τί τὸ λέγον' δοξασόν με, πάτερ; Τὸ σῶμα τοῦ λόγου. Τίς ὁ λέγων' ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατήρ ἐν ἐμοί; Ὁ ἐν τῷ σῶματι λόγος.	15. 7 χρηστὰ	αὐτὸν
11. 13 πατὴρ	τῷ πατρὶ	13. 11 παρ' ἀγγέλων	παρ' ἀγγέλους
12. 1 πεφυκὸς σῶμα	σῶμα πεφυκὸς	14. 6 συστειλῶ	συστέλλω
12. 1 ἰδιὸν τε αὐτὸ	ἰδιὸν τε ἑαυτοῦ	14. 8 με πατήρ μείζων μου	με πατήρ μου μείζων
12. 4 ἄτε δὴ καὶ	ἄτε δὴ (om. καὶ)	15. 2 τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ ἀνθρώπου	τῷ τοῦ θεοῦ υἱῷ καὶ τοῦ ἀνθρώπου
12. 7 ἀληθεία	κατὰ ἀλήθειαν	15. 3 ἐν ἑκατέροι	ἐν ἑκατέροις
12. 11 διὰ γε τὴν	διὰ τὴν	15. 4 ἐξ ἡμῶν μὲν	om. μὲν
12. 13 αὐτὸν	αὐτῶν (ὄν supra ὦν)	15. 9 ἀσάφως	ἄσαφως
12. 15 οὐ ἢ ἀρχὴ — κυριακῇ	om.	15. 10 τῷ θεοῦ λόγῳ — — καὶ ἄορατος	τῷ θεῷ λόγῳ om.
		15. 13 τῷ ἀπειρογράφῳ	τῷ ἀπειρογράφῳ καὶ ἄοράτῳ.
		16. 12 ἧς μείζων ἐστὶν ὁ πατήρ.	— — — — — ὁ πατήρ. Πλὴν ἑκάτερον ὁμοῦ καὶ οὐ δύο, ἀλλ' εἷς ὁ Χριστός, ἵνα μὴ τετράς εἴη καὶ οὐχὲ τριῦς ὁ θεός.
		17. 8 Χριστός	ὁ Χριστός
		17. 9 ἐν ἐλάττω	ἐν ἐλάττω
		17. 10 ἢ ἐν οἷς — προϊῶν	om.
		17. 12 ὅτιαν γὰρ	ὅτε γὰρ
		18. 7 τὸ ἡγίασε	τὸ ἐποίησε, τὸ ἡγίασε
		19. 7 ὥστε καὶ αὐτὴ	ὥστε ἢ αὐτὴ
		19. 9 ἢ τὴν τῶν φύσεων	καὶ τὴν τῶν φύσεων
		19. 12 καὶ τέλειον ἄνθρωπον, φαιμέν τὸν αὐτὸν etc.	τέλειον φαιμέν ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν, πάντα ἔχει, ὅσα ὁ Ἀδάμ etc.

Non

Non una tantum forma Nicetae liber ad nos pervenit, scilicet in quibusdam codicibus amplior, in aliis brevior. Eadem tituli fortuna; modo enim dicitur *Θησαυρὸς ὀρθοδοξίας*, modo *Δογματικὴ πανοπλία*. Duplicem vero titulum codex ms. habet, e quo nostra petivimus, scilicet: *Δογματικὴ πανοπλία ἐστὶν ἡ δέλτος ἡδε*. Deinde: *Σύλλογὴ τῶν ὄλων σχεδὸν δοξῶν καὶ αἰρέσεων, καὶ ἱστορία τῶν ἀποτεκόντων αὐτὰς ἀνδρῶν*. ἐτι δὲ καὶ ἀντιρρήσεις ἐπὶ ἐνιαῖς τούτων, καὶ μάλιστα τῆς παλαιότεραις, καὶ ἕτερα τινὰ χρήσιμα τοῖς εὐσεβέσι, πονηθέντα παρὰ τοῦ σεβαστοῦ Νικητῆ τοῦ Χωνιάτου, τοῦ καὶ γεγονότος κριτοῦ τοῦ βήλου ἐπὶ τῶν κρίσεων, ἐφόρου γενικοῦ ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, ἔπειτα δὲ καὶ μεγάλου λογοθέτου τῶν σεκρέτων. Est hic codex non diversus ab eo, quem laudat manuque trivit Bernardus de Montfaucon in Palaeographia sua graeca pag. 326 sqq., ubi ex eodem codice indicem graecum satis amplum singulorum librorum dedit pag. 327—333. Nunc dicitur Codex Regius

Ed. A. Mai.	MS. Paris.	Ed. A. Mai.	MS. Paris.
pag. lin.		pag. lin.	
21. 3 οὐδ' ἂν ἡ παρθένος	οὐκ ἂν ἡ παρθένος	24. 15 ἀνεικότως	ἂν εἰκότως
		Ibid. μείων μὲν ἐστὶ	ἀλλὰ μείζων μὲν ἐστὶ.
21. 4 κεκαλυμμένη	ἡ κεκαλυμμένη	24. 17 ταυτὶ	τοῦτο
21. 11 προσεμαρτύρητο	προσεμαρτύρητο	24. 18 μείων	μείζων
21. 16 τυγχάνοντα ὁμολογεί	τυγχάνειν ὁμολογεί	25. 2 προσηνεγμένην	προσηνεγμένην
		25. 7 ἐμφανῆ	ἐμφανῶς
21. 20 πιστεύει καὶ λέγει	πιστεύει καὶ λέγει	26. 12 ἐν τῇ θεοῦ	ἐν τῇ τοῦ θεοῦ
22. 3 ἐνὸς προσώπου αἰ τοῦ παντός χρόνου	ἐνὸς προσώπου ὄντος αὐτοῦ, παντός χρόνου πράξεις γεγονασιν	27. 5 δύναται εἶναι	δύναται (om. εἶναι)
		27. 10 μίαν δύνασθαι	μίαν δύναμιν
		28. 2 περὶ αὐτῆς	περὶ αὐτοῦ
		28. 4 ἐν αὐτοῖς	ἐν αὐτῷ
		28. 5 καὶ τῆς ὁρθῆς	om. καὶ
22. 5 ποίας εἶη	ποίας ἂν εἶη		
22. 8 ταπεινὰ λέξεις καὶ ἔργα	λέξεις καὶ ἔργα ταπεινὰ		
22. 8 τοῦ υἱοῦ	τοῦ Ἰησοῦ	56. 4 ἱταιριάρχου	ἱταιριάρχου
22. 13 ἐν τῷ πλοίῳ	ἐπὶ τῷ πλοίῳ	57. 4 καὶ ἱερωτάτων	καὶ τῶν ἱερωτάτων
22. 14 καὶ τοῖς ἀνέμοις· σιώπα	καὶ τοῖς ἀνέμοις, καὶ λέγη· σιώπα	58. 15 τῷ προσλιβομένῳ	ἐν τῷ προσλιβομένῳ
		59. 4 μετὰ καὶ τῆς τοιαύτης	μετὰ τῆς τοιαύτης
23. 3 ἀσθένεια τὸ	ἀσθένεια γὰρ τὸ		
23. 9 τῆς θεότητος ὑπεροχαῖς	ταῖς τῆς φύσεως ὑπεροχαῖς	64. 2 κυχλίδας	κυχλίδας
		64. 3 τόμος	ῥμος
25. 14 περὶ αὐτοῦ	περὶ αὐτοῦ	65. 3 αἰωνία μνήμη	αἰωνία ἡ μνήμη
24. 11 ἀγγέλων, ἀνθρώπων φύσις	ἀγγέλων ἐλάττων, ἢ ἀνθρώπου φύσις	66. 6 θώκοις	θρόνοις
24. 13 καὶ παντός ὀνόματος	om.	66. 11 τοῖς παρὰ τοῦ πρότερον	τοῖς παρὰ τῶν προτέρων

Paris. graecus num. 1234., olim 1865, Baluzii cod. 52.; bombycinus, foliorum CCCXCIV., lectu haud facilis, sita aliisque iniuriis male habitus, in fine mutilus; saeculi XIV., fol. maximo. Initio codicis in folio albo quarto legitur: *I. B. Hautin, conseiller au chatelet de Paris.* Fuit autem hic liber primo tempore Graeci cuiusdam, Scutariorum, levitae s. clerici, ut scriptum est folio recto octavo: *Σκουταριώτου λεβίτου Θεοδώρου.* Is Scutariorum, librarius puto possessorque huius codicis, lectorum in commodum haud raro singulis Nicetae capitibus nomina auctorum addidit, ex quibus sua hausit panopliae conditor, ejus statim exemplum habes initio libri XXIII., quem nos edidimus p. I sqq., ubi haec legis: *Καὶ ταῦτα τοῦ Χωνιάτου.* I. e. *Haec quoque sunt Nicetae,* sc. ut antecedens liber XXII., ubi agitur de controversiis circa azyma agitat. Lectiones indicis librorum panopliae, quem in Palaeographia graeca editum esse supra monimus, collatas cum ipso codice, quo ut nos in ea re usus est doctus monachus Benedictinus, infra dedimus; unde elucebit, non satis diligenter inspectum esse codicem a Bernardo de Montfaucon. \*) — Ut vero finem faciamus huius praeloquii, unum addere lubet: Euthymii Zigabeni panopliam, raro inter doctos visam, si cui animus est typis repetere, is carere Nicetae panoplia vix poterit, sive textum, quem vocant, emendare, sive enarrationem theologiam plenioram reddere velit. Idem vero, quem speramus, futurus Eu-

Montfauc. Palaeogr. gr. pag. lin.	MS. Paris.	Montfauc. Palaeogr. gr. pag. lin.	MS. Paris.
327. 35 κομητῶν	κομητῶν	330. 35 εἰς ἂν οὗτοι	εἰς ἄς οὗτοι
— — πύργου	πύργης	— 42 τοῦ Λέοντος	τοῦ οἰμ.
— 36 παρηλίων	τῶν παρηλίων	331. 3 ἐκέρωσε	ἐπεκέρωσε
— 42 φαρμακίων	φαρμακίων	— 14 ἀνιδεματισμοὶ	ἀνιδεματισμοῦ
— 46 διαφόρων αἰχμη- σεις	διαφόρων αἰχμῶν χρη- σεις	— 28 Θεοπισχυτῶν	Θεοπισχυτῶν
528. 21 ἐγράφη καὶ	ἐγράφη δέ	— 33 προστεθεῖται	προσθεθεῖται
— — ἡ τοῦ Σίμωνος	— — —	— 41 Μονοφυσίταις	Μονοφυσίταις
αἰρέσεως	αἰρέσεως οἰμ.	332. 4 διάφοροι	διαφόρων
528. 27 Καρποκρατῶν	Καρποκρατινῶν	— 7 συλλεγόμενα παρ' ἡμῶν	συλλεγόμενα καὶ συγ- γραφέματα παρ' ἡ- μῶν
— 30 Κολομβίανου	Κολομβίανου	— 8 κατὰ τῶν Παν- λικαιῶν	κατὰ Πανλικαιῶν
— 37 ἡ τῶν Σηθηρια- νῶν	ἡ τοῦ Σηθηριανῶν	— 32 ἐνθές — λεγομέ- νην — ἀρτισκομέ- νην· ἐν ἡ δὲ	τῶν ἐνθές — λεγομέ- των — ἀρτισκομένων τοῖς κρηθισίαι· ἐν ἡ δὲ
— 39 Ἰγχαριτῶν	Ἰγχαριτῶν	— 42 ταῦτα οἷον εἴσο- μεν· ἀλλ' ἐγὼ	ταῦτα οἷον εἴσομεν· ἀλλ' ἐγὼ που ταῦ- τα εἴσομαι
529. 4 Οὐαλιῶν	Οὐαλιῶν	— 42 ταῦτα οἷον εἴσο- μεν· ἀλλ' ἐγὼ	ταῦτα οἷον εἴσομεν· ἀλλ' ἐγὼ που ταῦ- τα εἴσομαι
— 6 τοῦ ἀπορητήτου, ὁ φησιν,	τοῦ ἱεροστόλου (ἱεροσο- λικοῦ?) ἡ τοῦ, ὁ φησιν	— 42 ταῦτα οἷον εἴσο- μεν· ἀλλ' ἐγὼ	ταῦτα οἷον εἴσομεν· ἀλλ' ἐγὼ που ταῦ- τα εἴσομαι
529. 19 Θρηγοφυτῶν	Θρηγοφυτῶν	— 42 ταῦτα οἷον εἴσο- μεν· ἀλλ' ἐγὼ	ταῦτα οἷον εἴσομεν· ἀλλ' ἐγὼ που ταῦ- τα εἴσομαι
330. 4 Σαρδικῆ	Σαρδικῆ	— 42 ταῦτα οἷον εἴσο- μεν· ἀλλ' ἐγὼ	ταῦτα οἷον εἴσομεν· ἀλλ' ἐγὼ που ταῦ- τα εἴσομαι
— 5 τῆς Κωνσταντι- νουπόλεως	τῆς οἰμ.	333. 5 Ἀλιξίου	κρησὶ Ἀλιξίου

thymii editor e Niceta nostro ea, quae sunt Euthymii aevo posteriora, operi suo subiunget, neque ob vastum voluminis ambitum metuenda, neque etiam, ut specimina nostra produant, ob argumentum suum vilipendenda.

Alexiadis nostra supplementa, sive Nicetae liber XXIII., ut supra monuimus, Ioannem Italum spectant, Eustratium Nicaenum, Leonem Chalcedonensis ecclesiae episcopum. Incidunt turbae ab his motae in Alexii primi Comneni tempora; qui regnum adeptus anno MLXXXI, anno MCXVIII vita decessit. Eum imperatorem non minus theologiae, quam militiae studuisse, cum multi testantur Alexiados loci, tum maxime Bogomilorum historia, quam Anna fusiùs enarravit Euthymius Zigabenus, atque ex eo Wolfius peculiari tractatu, solidae doctrinae luminibus conspicuo.

Primus eorum sive haereticorum sive schismaticorum, qui imperatorem summumque ecclesiae orthodoxae magistratum valde anxium habuere, est Italus, cuius nomen neque Anna prodidit, neque Nicetas noster; fuit autem IOANNES nuncupatus, ut patet ex anathematis, qui recitantur in ecclesia Graeca, die orthodoxiae sacro, editique sunt in Triodio, coll. Leonis Allatii libro: De ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua consensione pag. 632. Fuit is Ioannes genere et natione Italus, diu commoratus in Sicilia. Eius scilicet incolae, Graeci imperii iugum excutere conantes, magnum in se bellum concitarant, unde opus habebant Italos vicinos accersere. Ea occasione eodem aspiravit Itali pater, filium secum adducens, puerum iusra aetatem militarem, meditantem tamen iam tum pro captu bellicas res, assultantemque vestigiis paternis. Haec prima institutio pueritiae Itali fuit. Quum vero Georgius Maniaces, imperante Monomacho, tyrannide assumta, Siciliam occupasset, Itali pater trepida fuga cum filio se recepit in Longobardiam sive Calabriam, Graecis adhuc subjectam. Hinc Italus Cpolin venit, eruditionis et artis ratiocinandi nequaquam tum temporis egenam. Namque ista tempestate magnus ibi ingeniorum proventus apparuit; cum quibus iam et ipse Italus conflictatus, et quotidianis dialecticorum concertationibus exercitatus, Logicam didicit. Imprimis vero Michaeli Psello, viro ob doctrinam multifariam inclyto, operam dedit, quamquam ipse dispari natura, immittit scilicet acerbaque, qua magistro suo obnitebatur. Magnopere autem dialectica nitebatur, cui se arti penitus immererat. Moxque admirationem sibi et plausum paravit, non plebis solum, sed principum quoque, atque adeo ipsius Michaelis Ducae, tunc imperantis. Paulo post ea tempora erumpebant Italici motus, quando illarum gentium hostilitate Graeci lacessiti occasionem sibi oblatam arbitrabantur Longobardiae, imo totius Italiae rursus imperio suo adiungendae. Ea spe plenus imperator, atque in Italo omnem spem collocans, quem sibi putabat devinctum ac fidelem, hunc ipsum, utpote verum Italicarum bene gnarum, Epidaurum mittit, unde artes suas intenderet in regna Italiae. Verum proditionis convictus, iam in eo erat, ut poenae lueret; sed supplicium fuga matura antevortit, Romanque concessit, ubi poenitentiam agens vel simulans, literas supplices ad Imperatorem misit, solertibus in ea re usus deprecatoribus. Quid multa? Revocato Constantinopolin sedes assignatur monasterium Pege; mox post Pselli discessum principi philosophiae cathedrae imponitur, sum-

musque philosophorum declaratur, in quo munere Aristotelicos Platonicosque libros suscepit enarrandos. Interpretandi autem genere utebatur tam acri subtilique, ut facile fidem faceret, se cum reliquae doctrinae peripateticae, tum dialectices praesertim esse consultissimum. Ad eum igitur unum redacta philosophiae universae professione, frequentabatur eius ludus magno concursu iuventutis, cuius incendebat studium, quod praeter Platonem, Porphyrium, Iamblichum, Proclum, imprimis Aristotelis organon haud mediocri successu tradebat, in reliquis non admodum perpolitus, utpote in Grammatica clandestans, in rhetorica nullus.

Ceterum ea tempestate primum honoris locum Cpoli tenuit sacrarum literarum meditatio, secundum Graeca eruditio. Ea quum Italus abuteretur ad turbas circa dogmata orthodoxa ciendas, anxius factus Alexius imperator varia tentavit, ut eum ad sanam mentem revocaret, imprimis Eustratii Garidae, patriarchae tum Constantinopolitani, ope usus, cui Italus dedecendus tradebatur atque ad frugem reducendus. Currente iam calamo sequentia persequemur. Successu caruit tentamen. Italus enim Eustratium in causae suae vindicem patronumque mutavit; iamque latius serpebant novi errores, ut non pauci ex ipso Imperatoris comitatu infecti hae philosophica dicerentur. Postremo cedere nescius Italus in concione sollemni cum nomine et capite anathemati subiectus, postea, cum poenitentiam profiteretur, magna acerbitalis parte, quae anathematismo iulhaerebat, levatus est, nomine eius obscure tantum significato in formula damnationis. — Fusius haec Anna refert Alexiadis libri V. line. Eam sequi Nicetas quidem videtur, ita tamen, ut quaedam singularia habeat, aliunde petita. Quid? quod infra, ubi de Nili doctrina erronea strictim tradit, libris carere dicit utpote exul, uberius exponendae illi doctrinae impar. Multa eorum, quae libro suo XXIII narrat, memoriter tradere Nicetas videtur; quod secus in reliquis operis partibus, ubi actis utitur synodalibus. Denique quo tempore damnatus sit Ioannes Italus, vix iam definiiri licet; quamquam locus, quem ea res in Alexiade tenet, verisimile facit, actiones illas esse iis multo anteriores, quibus Bogomilus ab Imperatore oppressos constat. Erit ergo primum impetii Alexiani stadium, coll. iis, quae infra notabimus de Eustratio Garida.

Secundus hominum, Imperatori et magistratui ecclesiae orthodoxae molestorum, fuit EUSTRATIUS, Nicaeae episcopus, Aristotelicorum moralium interpretes, distinguendus ab Eustratio Garida, Constantinopolitano patriarcha, quem ab Italo in partes suas tractum fuisse supra monimus. \*) Fuit autem noster Eustratius vergente Alexii vita Nicaeae

\*) Eustratium Garidam eviratum his verbis perstringit Ephraemius in catalogo patriarcharum Cpolitianorum v. 10130 seq. (Scriptt. vet. nov. Collect. ed. A. Mai. T. III. Sect. I. p. 238.):

Λὸν ἐγκατέστη τῷ πανηγύδι θούρῃ  
 Διομαχῆς Λδομαχίος, Γαμδῆς θέων,  
 Πιός πῖν ὁτιὸν μὴ πιμυγὸς χρησιτύων,  
 Πυδείνιος ἀμοιρὸς ἰμυ καὶ λόγων,  
 Πονχίε τε γωνία μῦλλον πρότων,  
 Ἡ προτυσιε καὶ λιὸ προυδμήε.

Bithynorum metropolita, cuius exstant in Aristotelis analytica et ethica copiosi commentarii, qui et calamum strinxit adversus Proculani sive Grosulani, archiepiscopi Mediolanensis, librum de processione Spiritus Sancti, quo cum viro docto collationem habuit anno MCXIII Constantinopoli. Eius collationis narratio Eustratiana extat in Regio codice Parisino graeco nr. 3327., coll. Mich. Lequien. in Or. Christ. Tomo I. p. 649 sq. Aderat is Eustratius Alexio imperatori cum haereticis Manichaeis disputanti in urbe Philippis, eadem tempestate, qua imperator bellicosissimus et literatissimus Cumanorum gentem ferocem debellabat, coll. de his rebus Anna Alexiadis libro XIV. p. 453. ed. Paris.: Συμπαρήσαν δὲ τούτῳ Εὐστράτιος, ὃς τε τῆς Νικαίας πρόεδρος, ἀνὴρ τὰ τε θεῖα σοφὸς καὶ τὰ θύραθεν ἀγῶν ἐπὶ ταῖς διαλέξεσι μᾶλλον, ἢ οἱ περὶ τὴν Στοᾶν καὶ Ἀκαδημαίαν ἐνδιατρίβοντες, κ. τ. λ. Ea ultimum spectant vitae Alexianae stadium, quod clarum facit locus Alexiadis, quo posita est haec de Eustratio narratio Annae Comnenae. Minus expertum habemus, quando in errores Ioannis Itali inciderit, quos sub vitae suae finem abjurarit, coll. iis, quae de eo narravit Nicetas editionis huius nostrae pag. 4. Aliquam huius capituli Panopliae particulam Michael Lequien praecoccupavit l. c. p. 649., quem Doctum obiter monemus in Annae loco supra citato pro vitiatō ὃς τε legisse τότε, pro quo nobis magis placet ὁ τότε. De huius quoque viri opinionibus schismaticis synodus habita videtur, coll. ed. nostrae pag. 4. Annum eius nondum definire licet. Codex enim Parisinus ut alibi bibliopegae culpa foliorum ordine iusto privatus esse videtur, coll. quoque mantissa nostra critica p. 24.

Tertius virorum doctorum, qui Alexio imperatori molestiam fecerunt, LEO est, Chalcedonensis ecclesiae metropolita, non in rebus dogmaticis turbas movens, sed Alexio ob ecclesiae cuiusdam spoliationem libere refragatus, et sero tandem imperatori reconciliatus. Fuit is Leo Chalcedonis Bithynorum, in ipsis Bospori faucibus sitae, quae pars erat dioceseos Ponticae, metropolita, ordine temporum vicesimus eius throni octavus, coll. Mich. Lequ. l. c. p. 607 sq. Minus is Leo antecedentibus, quos memoravimus, clericis doctus, magno zelo inclaruit, quo Alexio imperatori obstetit, quum is initio regni opes ecclesiasticas stipendiis militaribus quam maxime urgentibus insoneret, temporum in ea re sanctitati tam parum parcens, ut Chalceopatriarum aedium portas foedaret, avulsis laminis argenteis, quae festorum duodecim dominicorum imagines referebant. Magna istorum temporum calamitas talia, quae vocant, sacrilegia defendere posse videbatur. Verum imperatori, imo ipsi imperio metrendum erat, ne vel Manichaeis, vel orthodoxae ecclesiae clericis, quorum contentio et dimicatio non mitior erat, quam

---

Fuerat is Eustratius Garidas a matre Comnenorum patriarchatu Cpolitano destinatus, successitque in throno ecclesiastico Cosmae Hierosolymitano, qui Alexium, regni gubernacula capessentem, coronaverat, coll. Anna lib. II, p. 75. 79. ed. Paris. Patriarchatum hic Eustratius capessivit anno MLXXXI., eoque deturbatus est post tres annos, sc. a. MLXXXIV., ob causam satis obscuram. Suspectus puto factus erat Alexio, ex quo Ioannis Itali, qui discipulos ad rebellionem excitare ferebatur, erroribus suffragari visus erat. Eius extat statutum synodale de duobus sobrinis, qui matrem et filiam duxerant, in Iure Graeco-Romano libro IV. De eo vide quoque Michaellem Lequien in Oriente Christiano T. I. p. 264.

barbarorum exterorum incursiones, ansa praeberetur hallucinandi in salutem dynastiae recens conditae. Quid multa? Tulit imperator jurgia iramque episcopi Chalcedonensis in spoliatione Chalcedoniorum, et deinde, quum aliis necessitatibus circumventus ad simile auxilium confugiendum esset. Ea occasione cum de aedibus signisque sacris, ut fit, disputaretur, hic antistes in eam sententiam disseruit, ut contenderet, sacras imagines absoluto a nobis et in ipsis haerente cultu affici, non autem relativo, quod Anna clarius noster exprimit Nicetas pag. 8. huius editionis. Imperator amicalibus frustra tentatis remediis, tandem ad canonicæ animadversionis necessitatem descendit, Leoque sede sua, quam occupabat, est depositus. Nec tamen pacatum hac re fuit viri ingenium: turbas et factiones ciet in ecclesia, neque exiguam secum abducit sectariorum multitudinem. Quod dum multos per annos agit, omnium calculis condemnatus exulare iussus est apud Sozopolin Ponto appositam, ubi providerat imperator, ut officiosissime exciperetur. Verum Leo concepta semel in Augustum ira, liberalitate sibi oblata uti noluit, cuius animi liberioris insigne testimonium est brevis illa festivaque epistola, quam servavit Nicetae nostri panoplia. Postero tempore, durante, ut mihi videtur, Leonis exilio, occasio ipsi oblata est, de Comnenorum domo bene merendi, quum Palaeologo, duci Graecorum, a barbaris Patzinacis victo fusoque, equum monstraret, salutis ministrum inopiatum. Tandem eum in gratiam cum imperatore rediisse Nicetas narrat, Synodo iam conformem in imaginum veneratione. Synodi decreta anterioris, ut videtur, eius scilicet, quam Leonis damnatio insecuta est, cum Leonis declaratione extare dicuntur in codd. mss., testante Michaele Lequien l. c., qui partem panopliae nostrae de Eustratii Nicaeni rebus edidit l. c. Totius actionis, in historia venerationis imaginum non vilipendendae, rationem chronologicam alii enodabunt: Annae enim Nicetaeque in talibus ut aliorum Graecorum narratio obscura est.

Ultimus eorum, qui item Alexii temporibus turbas excitavit, Nilus est monachus. Genere Aegyptium fuisse, Nicetas tradit capite a nobis edito; de doctrina viri in panoplia nostra silentium. Illam vero trinitatem spectasse, narrat Anna porphyrogenita, harum pugnarum doctissima, Alexiados libro decimo; unde edocemur, e sententia huius schismatici carnem Christi assumptam naturam compotem factam esse dignitatis et essentiae divinae. Non diu post Ioannis Itali condemnatas haereses Nilus ille apparuit, soli Deo sibi que vivens, continueque libris sacris operam navans, Graecarum vero disciplinarum, ut Anna tradit, parum gnarus. Erat tum Constantinopoli Armeniorum haud contemnenda multitudo, quos maxime sectabatur hic Nilus. Habita de ejus opinionibus synodo, cum ad sanam orthodoxamque mentem revocari non posset, anathemati subjectus est, quod legitur in Triodio, dominica orthodoxiae.

Relicto Alexii aevo, quem Ioannes excepit, patris et ipse vestigiis in debellandis haereticis streuere insistens, pergimus ad Manuelis imperatoris aevum, sive posteriorem tituli partem, quem huic praevia tractationi imposuimus. Est haec SOTERICHI PANTEUGONI opinio de Christi crucifixi sacrificio, breviter a Niceta nostro in Manuele libro VII. cap. 5. memorata his verbis, quae ex latina Hieronymi Wolfii interpretatione transsumimus:

tenemus, cum scriptionis huius cancelli vetant, tum ipse Leo Allatius, qui Vindicarum suarum loco citato quaedam eorum, quae nostra scrinia comprehendunt, praecoccupavit. Sunt tamen universa Synodi acta haud indigna, quae plenius quandoque edantur, ut acuminis Graecorum aevi Comuenorum eorumque doctrinae documentum haud vilipendendum; cuius plane generis acta Synodi paulo post nostram synodum \*) habitae sunt, quae Angelus Maius in sua Scriptorum Veterum Nova Collectione Tomo IV. edidit, quorumque nos cum codice nostro panopliae Parisino collationem supra praestitimus, quae collatio librum Vaticanum Parisino emendatiorem esse cuius apertum faciet. Acta huius Synodi, a praesule Romano in lucem protracta, inscribuntur: *Σύνοδος περὶ τοῦ ἡγίου, ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστίν. I. e. Synodus habita propter illud dictum: Quia Pater meus major me est.*

Inscriptio totius actionis: *tu es offerens et oblatus*, solam dialogi Soterichiani partem posteriorem spectat. Prior eius dialogi pars primo loco quaestionem ventilat, victima Christi crucifixi pro hominibus oblata num soli patri, an ipsi deitati, i. e. trinitati, s. patri, filio, spiritui oblata sit. Dein inquit, quid sibi velit formula liturgica: *σὺ εἶ ὁ προσφέρων καὶ προσφερόμενος*; quae formula est quidem S. Basilii, coll. dialogo nostro p. 13., sed etiam in liturgia S. Io. Chrysostomi occurrit, coll. Goari Euchologio, sive Rituali Graecorum, fol. 72.

Jam quod primam quaestionem attingit, diaconus personam causamque Soterichi Pantegoni agens (opposita sententia debilibus fulcitur argumentis) talia profert. I. Eam sententiam, quae filium faciat victimam trinitati sive deitati offerentem, ad Nestorianismum seducere, quae opinio humanam Iesu divinamque naturam ita discrevit, ut duae emergent personae. Ait enim diaconus, e sententia adversarii sui, s. alterius diaconi, sibi quoque, i. e. suae deitati victimam offerre Christum debuisse; quare ab humana Iesu natura praeculum oblatum esse divinae eiusdem Iesu naturae. Unde humanam Iesu naturam significari ut peculiarem personam, neque aliter divinam: alteram cogitari ut offerentem, alteram ut acceptantem (p. 10. 11.). II. Ex idea reconciliationis Dei hominumque aperte consequi, victimam a Servatore soli patri oblatam esse, cuius rei in gratiam sacrae scripturae loci afferuntur (p. 13.). III. Idem consequi e typicis veteris Testamenti sacrificiis. IV. Ad obiectionem adversarii respondetur, qui victimam, Patri oblatam, etiam Filio et Spiritui non potuisse non offerri contenderat, quia tres personae divinae unam constituent Deitatem individuam. Ad haec regeatur, non patris naturae (omnibus personis communi) victimam oblatam fuisse, sed personae ejus, i. e. ei rei, quae patrem constituebat ut patrem. Quod nisi concedatur, dicendum esse, Patrem quoque et Spiritum cum Filio assumpsisse humanam naturam, quod absurdum (pag. 14. 15.). V. Ex formula quoque Graecae ecclesiae liturgica (*σὺ εἶ ὁ προσφέρων καὶ προσφερόμενος*) alia deducuntur, quae tueri videntur Soterichi sententiam.

Jamque a formula ultimo loco posita transitur ad partem secundam. Ibi quaeritur, ea formula num solum Christi in cruce sacrificium spectet, an simul quotidianum missae myste-

\*) Conf. Nicetam in Mannefe libro VII. c. 3.

*Hic quidem imperator [Manuel, Ioannis filius et successor] natura fuit facetus, et suavis sermonis affluentia ornatus: non elegantes tantum epistolas scribebat, sed et religionis institutiones perturicabat, ac publice declamabat. Tandem etiam de divinis dogmatibus et ipso Deo disseribat. Saepe etiam dubitationem praeseferens, quaestiones e scripturis proponebat, earumque solutiones, eruditibus omnibus convocatis, requirebat. . . Orta igitur quaestione de illo dicto, quo dicitur, incarnatum Deum simul et offerre et offerri, et eruditibus inter se dissentientibus, disceptatio longo tempore est extracta, multis et confirmationibus et consutationibus utrimque allatis. Verum imperatore piaee et verae sententiae post solertem controversiae explicationem assenso, adversarii loco moti sunt, ut perperam sentientes, designatus [Wolf. male Hypopsephius] Theopolitanus Soterichus Pantegonus Antiochenus, Dyrhachinus Eustathius, Michael Thessalonicensis concionator, Nicephorus Basilaces, qui Paulinus epistolas interpretabatur, et lumine eloquentiae apostolicorum scriptorum obscuritatem altissimo spiritu refertam illustrabat. Haec Nicetas in Manuele suo l. c., quae aliquanto diligentius Nicetae narrat Cinnamus libro IV, 16. his verbis: Huic sententiae tum alii suffragati sunt litteris clari, tum et Soterichus cognomine Pantegonus, vir ea aetate doctrina et sermonum gravitate ceteros praecellens, quique ecclesiae Antiochenae episcopus electus, nondum manus impositionem acceperat. Is igitur Soterichus non lingua solum et ore eorum accessit opinioni, sed et magnifica oratione composita, singularique quadam similitudine Platonicos referente dialogos, multa in illa absurda congesit. Propter quae tum ipse sede sua deturbatur, tum et Basilus, eius controversiae causa, et qui illi favebant omnes.*

Orationem Soterichi, Cinnamo valde probatam, a dialogo, quem nos primi iuris publici fecimus, non diversam esse, ipse scripti huius obtutus clarum faciet unicuique. Sed priusquam ad ea accedimus, quae Soterichi scripta et fata spectant, id unum praemonendum videtur, videri hanc disceptationem in illud tempus incidisse, quum Manuel Comnenus cum Raynaldo Antiochiae principe Latino foedus pepigisset, cum de aliis rebus, tum de patriarcharum Antiochenae sedis creatione, coll. Mich. Lequ. in Oriente Christiano Tomo II. p. 738.

Soterichus igitur Pantegonus peregrinae doctrinae reus actus est, quum sacrificium crucis Deo Verbo offerri negaret, sed Patri dumtaxat Sanctoque Spiritui. Causa ad synodum de more delata, et inter episcopos sollempniter agitata anno MCLV. Soterichus causam non deserens damnatus fuit, et sede, quam occupaturus erat, amotus. Michael vero Thessalonicensis in fine vitae revocasse sua videtur, coll. eius confessione, quam edidit Leo Allatius De perpetua ecclesiae occidentalis atque orientalis consensione p. 691., coll. Eodem in Vindicis Synodi Ephesinae et S. Cyrilli p. 583., ubi alia Leo narrat de Synodo propter Soterichum habita, imprimisque Patrum quasdam sententias refert, qui iudicium agebant patriarchae Antiocheni.

His praemissis ad acta ipsa accedimus, Cinnami et Nicetae annales illustrantia et supplementia, quae primi nos exulgamus, saltem pro parte; omnia enim date, quae manu

Iam vero quaestio oboriebatur, possetne vir Sanctus thronum Antiochenum capere, cui destinatus erat? Afirmabant episcopi Heracleae, Cyzici, Sidae, Thessalonicae, Neocaesareae, Philipporum, Laodiceae; reliqui omnes negabant (cod. Paris. fol. 390 recto sqq.). E sententia Adrianopolitani metropolitae, quod obiter notamus, elucet, Soterichum fuisse tum temporis sexagenarium, perquam doctum, suamque in synodo opinionem diu strenue defendisse.

Vesperascente in his transactionibus die praelegi iam acta non poterant; cui rei destinabatur dies insequens. Luce proxima aderant iidem ut ante, excepto Sotericho, quamquam adesse debebat ad respondendum sententiamque concilii audiendam. Missi ad eum, qui virum doctum adducerent, quorum nomina habet codex Paris. l. supra citato. Soterichus febrim se excusat; quo facto unanimi omnes consensu abdicationem eius decernunt.

Finem huic praeviae dissertationi imponere non possum, quin ad quaedam eorum animum paulisper revocem, quae non mihi soli, sed etiam lectorum puto uni alterive in toto, quem spectat haec scriptio, argumento literario occurrerunt.

Argumento, inquam, literario, non tantum theologico. Quod enim in fatis literarum obtinere constat, ut earum provinciae alia inter se necessitate neclantur, quam quali civitatum partes invicem constringuntur, scilicet libera et interna, regum monachorumque sive potentiam sive impotentiam saepius eludente, id in Graecorum quoque medii aevi statu literario observamus. Iura sua nemo pervicacius tuebatur imperatoribus clericisque regni orientalis. Iam quid factum? Aliae aliaque oboriebantur dynastiae, e quibus provenire identidem imperatores, qui nisi libertati, tamen literis savebant, iisdemque curam non mediocrem navabant, ut Basilii domus, Commeni, Palaeologi. Quid vero dicendum de clericis eorumque summo magistratu? Imperium et hi suum strenue defendebant. Verum ut Graeci opus habebant literis maiorum: opus habebant philosophia, rhetorica, grammatica, aliis veterum artibus. Sic factum, ut ecclesiae dominatio in multis temperaretur, immo, quod est potissimum, iuxta eam alia existeret dominatio, bonarum sc. liberaliumque artium, quae maiorum historiae nominique innitens, non minus profecto, quam exiguae Graecorum genuini sanguinis reliquiae, effecit, ut patria quaedam Graeca posteris traderetur, his nostris temporibus reviviscens.

Graeci medii aevi nullam fere literarum partem incultam reliquerunt, quod praecipue patet ex titulis librorum innumerorum, qui sunt eorum lingua exarati, necdum in lucem protracti. Qui libri quid doctrinae promovendae adiumenti vel attulerint vel allerre possint, nostrum non est altius examinare. Labet hoc unum addere: aevi medii, quam dicunt, barbariem Graeci nunquam viderunt, exceptis iis terrae ipsorum partibus, quae Slavorum aliorumque barbarorum obsessionem internecivam passae sunt. Durabat Constantinopoli literarum fax, quum tenebris reliqua Europae obumbrarentur; neque Graecorum omnis culpa est, quod occidentales populi, distracto in duas partes imperio Romanorum, minus cum ipsis commercii exercebant. Obstabat linguarum magis magisque ingravescens diversitas; obstabat clericorum novi regni animus, alienae dominationis impatiens; obstabant etiam occidentalium populorum ingenia, a disciplina Romanorum Graecorumque mirum quantum abhorrentia. Accedit ipsius Graeciae factum, quo hanc gentem postea magis ad res boreales et orientales curandas vocatam constat, quam ad occidentales.

Sic longo tempore Graecia fuit toto fere orbe divisa, theologiae admodum addicta, Homerum sui nunquam immemor, Platonis vero et Aristotelis tam studiosa, ut ipsius adeo monachi philosophiam intra theologiae cancellos et extra non desererent.

mysterium (pag. 15.). Priorem sententiam delendit diaconus, Soterichi personam agens; ei enim quotidianum missae mysterium s. sacrificium improprium symbolicumque esse videtur, coll. epist. ad Hebr. IX, 12. 26. 28., ubi Christus semel mactatus dicitur. Formula autem liturgica: *σὺ εἶ ὁ προσφέρων καὶ προσφερόμενος*, hunc ipsi sensum fundit: sacrificium, i. e. panis et vinum, per miraculum in eius mutatur corpus et sanguinem (p. 16.). Quare ad ipsum quoque, ut praesentem, dirigi ea verba posse, quae proprie mortem eius in cruce spectent. Denique in formula liturgica: *θύεται ὁ ἀμνός* (p. 16.), i. e. *mactatur agnus*, negligi non debere praesens historicum, i. e. olim facta ita depingi, quasi nunc demum fiant.

Acta totius deliberationis synodalis plena neque dare velle, neque posse supra nos monuimus. Accedit, quod codicem Parisinum bibliopegae manus tam male habuit, ut non solum eius synodi, quam nos narramus, verum etiam eius, quam A. Maius edidit, folia turpiter mixta sint, neque in omnibus apertum sit, quid sit prioris, quid posterioris concilii. Dedimus ex Nicetae libro XXIV Soterichi expositionem authenticam suae sententiae, dein acta synodi, ut videtur, finalia, quae tamen subscriptionibus carent. Quantum ex meis Leonisque Allatii schedis autumare licet, synodus, de Sotericho Pantegono habita, duabus actionibus constitit, quarum prior incidit in Ianuarium anni MCLV., posterior in Maium eiusdem anni, coll. nostrae edit. pagina 18. cum 22. Prior actio, Ianuario mense habita, festinabatur Constantini gratia, qui Russiae totius metropolita creatus, iis ipsis diebus in sedem suam discedere Constantinopoli parabat. Iamque huius Constantini, Russorum metropolitae, sententia ea fuit, Iesu Christi sacrificium deitati, non soli Patri, sed tribus in Deo personis offerri, neque solum sacrificium Iesu Christi crucifixi, sed et quotidianum, quod vocant, missae sacrificium. Adstipulatur ei metropolita Ephesinus, cum reliquis omnibus praesentibus.

In hoc synodi stadio nullae dabantur explicationes dogmaticae; solummodo Constantini abeuntis declarationem audire volebant viri Sancti. Postea (sic statuebant) omnis res diligentius tractanda, Soterichi Pantegoni praesentis opinio ventilanda, denique sententia de illo ferenda erat. Huic rei posterior synodi actio destinabatur, cuius partem nos dedimus p. 18 sqq. Alia eiusdem actionis pars inest codici Parisino fol. 390 recto, cuius apographum nos item tenemus. Patet deinde ex ipso rerum argumento, illam particulam, quam habet codex Paris. folio 390 verso, alterius diei historiam narrari. Neque id obscurum, auctoritates Patrum, eiusdem tractationis partem, cuius quaedam Leo Allatius l. c. dedit nosque alia tenemus, eadem actione et quidem die primo praelectas esse. Deest autem dogmatica tractatio, nec non ea, quae ipsam Soterichi personam spectant.

Haec autem est actionis posterioris historia succincta. Praelecta expositione dogmatica atque traditionali, victum se confitetur ceditque Soterichus Pantegonus, quod iam promiserat dialogi sui fine p. 17. ed. nostrae. Nempe subscripsit, credere se, Patri, Filio et Spiritui Sancto oblatum esse crucis sacrificium et offerri sacrificium missae quotidianum (codex Paris. fol. 390 recto). Quod nisi fecisset, excommunicandus erat.

---

ΣΥΝΟΨΙΣ ΤΩΝ ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΤΩΝ ΚΙΝΗΘΕΝΤΩΝ ΕΠΙ ΤΗΣ  
ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΥΡΟΥ ΑΛΕΞΙΟΥ  
ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ.

---

Καὶ ταῦτα τοῦ Χωνιάτου.

Ἄλλ' ἐς τὸδε μὲν τὰ περὶ τῶν ἀζύμων ληξάτωσαν. Μετὰ δὲ γε τὰ κατὰ Λατίνων αἰτιάματα, ἃ Φώτιος συναγέροχε, καὶ ταῖς ἀπανταχῇ δίδωκεν ἐκκλησίαις, αἱ γλωσσοαλγίαι τῶν κενολόγων ἠρέμισαν, καὶ οὐδεμία τις εἰς προῦπτον ἀνέρόωσεν αἵρεσις μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν χρόνων τοῦ ἐκ Κομνηνῶν βασιλεύσαντος Ἀλεξίου. Τούτου δὲ τὰ σκηπτρα Ῥωμαίων ἰθύνοντος, ἀνήρ τις τὸ γένος ἰλκων ἐξ Ἰταλῶν, ἐραστής φιλοσοφίας ἄκρος, τῇ τῶν πόλεων βασιλίδι διενήχμασε. Μετὰ γὰρ τὸν πᾶν ψελλὸν τὸν (ὡς εἶπη τις) ἀπάσης σοφίας καθηγεμόνα καὶ παντοίας ἴθριν λογικῆς παιδείσεως, οὗτος ἐπὶ ταῖς Ἀριστοτελικαῖς τεχνολογίαις μέγας ἔδοξεν εἶναι, ὅθεν καὶ πᾶσαν μιλομαθῆ νεολαίαν εἰς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο· ὑπὸ δὲ τυρκομανίας ἐπαγγελλλόμενος εἰδέναι,

CONSPECTUS DOGMATUM IMPERANTE DOMINO ALEXIO  
COMNENO VENTILATORUM.

---

Haec quoque sunt Choniatae.

Hactenus de azymis. Verum post Latinorum inculpationes, quas Photius congressit, cumque omnium locorum ecclesiis communicavit, atque ita Romam diremit, vanorum deliramenta cessabant, neque aliqua palam reviviscebant haeresis usque ad ipsa imperatoris Alexii Comneni tempora. Hoc vero sceptra Romanorum tenente, vir quidam, genus ducens ex Italis, philosophiae ut pauci amator, in urbium regina inclaruit. Namque post illum valde balbutientem omnis (ut quis dixerit) sapientiae ducem, variaeque gnarum doctioris disciplinae, hic magnus extitit arte dicendi Aristotelica, unde omnem discendi cupidam juventutem allexit; fastu autem abreptus, cum ea quoque scire profi-

καὶ ὧν οὐδ' ἄκρω λιχανῶ μετέσχεν, οὐ πᾶσαν μόνον τὴν ἔξωθεν παιδείαν ἐξου-  
χίσαι δίσχηριζέτο, ἀλλὰ καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους μετελθεῖν ἐβρονθύετο, καὶ μηδὲν  
αὐτὸν λελυθέναι τῶν τοῖς θείοις πατέρας ἐπισημένον περὶ Θεοῦ. Ὅθεν καὶ ξυνθέμε-  
νος ἔνδεκα κεφάλαια περὶ πίστεως, πολλοὺς διέφθειρε τῶν ἀκροατῶν, καὶ τῆς ἐν  
αὐτοῖς λύμης μετέδωκεν· ἕνα δὲ τινα, Σερβλίαν τούπωνμαον, καὶ λαμπρῶς ἔλληριζεν  
ἐδίδαξεν. Ἀμέλει καὶ στάς ἐπὶ σκοπέλου νυκτὸς ἄωρί, καὶ φθεγγόμενος ἐς ὅσον  
εἶχε, δέξαι με, Πόσειδον, ἑαυτὸν ἐπαγῆκε τῷ λαίματι. Τῶν δ' ἑρεσγελίων Ἰταλοῦ  
ἐς ὅτα τοῦ βασιλέως περὶθακνίων καὶ τοῦ πατριάρχου Εὐστρατίου τοῦ Γαριδά, δεινὴ  
τις ἦν ἢ κατ' αὐτοῦ ἀνανάκτησις. Ἐς γοῦν τὸ μέγιστον τέμενος ὁ Ἰταλὸς μετεκέκλητο,  
καὶ τῶν κεφαλαίων εἰς ἐξέτασιν προτεθέντων, τὰ μὲν πρῶτα βαρβαρικῶς περὶ  
νοῦς ἦθει, καὶ ἀκαθάρτων θυμῶν τινόμενος, ὑπεραπολογούμενος ἦν τῶν ἐμπλήκτων αὐ-  
τοῦ ληρημάτων. Ὡς δὲ καθυπεβλήθη τῷ ἀναθέματι σὺν τοῖς αὐτοῦ παραφθέγμασι,  
μεταμέλω βληθεῖς, καὶ τὸ καθήκον συνείης, ἐφ' οἷς παρείπατο, συγγνώμην ἠτήσατο.  
Ἦν δὲ τὰς μετεμηνύσεις δοξάζων, καὶ τὰς ἁγίας εἰκόνας οὐχ ὡς ἔδει τιμῶν· ἀλ-  
λὰ καὶ τὰς Πλατωνικὰς ιδέας παρεδέχετο, καὶ ἄλλα ἄττα κακογρόνως ἐφθέγγετο.  
Συνελογίζετο δὲ, καὶ οὕτως πᾶν ζωοήθως καὶ ἐπιβούλως ἐπιβάλλον τὰς πένσεις,  
ἢ τοῦ Κυρίου σέφξ θέσει ἢ φύσει τε θείωται, συνάγων δι' ἀμφοῖν τὸ ἄπορον,  
καὶ πείθων τὸν ἀκροῦμενον ἀμηχάνως ἔχειν πρὸς τὴν ἀπόκρυσιν· ἐν οἷς ἀμφοτέρωθεν

teretur, quae ne summo quidem digito attigisset, non solum omnem doctrinam externam  
ad unguem usque calleie contendeat, verum etiam libros sacros adisse, eorumque  
nihil omnino, quae a sanctis patribus de Deo prolata sunt, ignorare gestiebat. Quare  
undecim capitulis de fide compositis, auditorum multos corrumpit, eosque sua rabie in-  
fecit; novum vero, *Serbliam* cognomine, Graecorum disciplinam aperte sectari edocuit.  
Enimvero nocte intempesta stans in scopulo, quantum potuit „suscipe me, Neptune!”  
exclamans, undis se commisit. Jamque nigae hominis Itali quum ad aures imperatoris  
atque patriarchae Eustratii Garidae pervenissent, magna in eum coorta est indignatio.  
Vocatus itaque in principem ecclesiam Italos, ad examen propositis capitulis, primo  
quidem genio indulgens barbarico, iraque abreptus impotent, hallucinationum suarum  
defensorem egit; cum vero anathemati subiceretur cum erroribus suis, poenitentiam  
agens intelligensque, quod decebat, veniam petiit eorum, quae male proposuerat.  
Erat autem metempsychoseos sectator, sanctasque imagines iusto minus venerabatur; imo  
etiam Platonicas ideas probabat, atque alia quaedam mente mala profitebatur. Syllogisti-  
ce vero (sic quoque admodum maligne atque insidiosae struens interrogationes) enuntiarit:  
*Domini cura vel adoptione vel natura divinitatis compos facta est*, utrimque dubita-  
tionem movens, atque auditorem impellens, ut aures haereret in respondendo; atque

ἀποριῶν ἐβάθυνε ἀεραγγα. Καὶ ὁ μὲν δολερῶς οὕτω συνελογίζετο· ἡ δ' ἐκκλησία δεδογματικῆ τε καὶ ἀπεγήρατο, μήτε θήσει μήτε λέξει θεωθῆναι τὸ πρόσλημμα, ἀλλ' ὑπὲρ γύσειν καὶ λόγον ἄπαντα. Καὶ τοιοῦτον μὲν τὸ πέρασ τὰ κατὰ τὸν Νικόλαον ἐδέξατο.

#### ΠΕΡΙ ΕΥΣΤΡΑΤΙΟΥ, ΤΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ.

Χρόνου δὲ τινος διαγενομένου, ὁ τότε μαθητὴς Εὐστράτιος, ὡς τῆς τῶν Βιθυνῶν πόλεως Νικαίας ἀρχιερατικῶς προήδρευσε, πολλάκις ἐπὶ βασιλικῷ βήματι μετὰ Λατίνων εἰς λόγους ἰθὺν περὶ τε ἀζύμων καὶ τοῦ θείου πνεύματος, καὶ θέλησας γρηγορῆ παραδοῦναι, ὅσα εἶρηξε πρὸς Λατίνους, καὶ οἷα πατὴρ ἐκείνων ἐν τῷ διαλέγεσθαι ἠγκυόει, οὐκ ἀσφαλῶς οὐδ' ἐπαινετῶς τοὺς περὶ τοῦ πνεύματος λόγους ἐξήνεγκεν. Ἐπίστε δὲ καὶ κατὰ Φιλιππούπολιν ἐπ' ἀκροάσει τοῦ βασιλέως μετ' Ἀρμενίου τινὸς περὶ τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ γύσεων ποιούμενος τὴν διάλεξιν, οὐδὲ τότε καθηκόντως τῇ θεηγορίᾳ ἐπέβαλεν, ἀλλ' ἀναιδῶς ἐγδιέγξατο, καὶ πρότερον καὶ νῦν τῷ πατρὶ λατρεύειν τοῦ κυρίου τὸ πρόσλημμα· οὐκ οἶδ' ὁπόθεν τὴν ἐκθεσμον ταύτην φωνὴν πορισάμενος. Πρὸς δὲ τὴν ἄτοπον ταυτηνὴ καὶ παντάπασιν ἀσυνήθη ῥῆσιν ἐκπλαγείς ὁ Ἀρμένιος, ὑβρεσι τὸν Εὐστράτιον ἐπλυνε, τζυακόλην καλέσας· διλοῖ δὲ ἡ λέξις παρ' Ἀρμενίοις τὸν κτηνοβοτατοῦμενον. Ἀλλὰ καὶ οἱ παρεστῶτες τῷ

ita ab utraque parte profundam aperiens dubiorum abyssum. Jamque iste tam fraudulenter syllogismos suos struxit; ecclesia vero censuit edixitque, neque adoptione neque nuncupatione divinitatis compotem factam esse Domini carnem assumtam, sed supra naturam esse omnemque vocem. Talem finem habuit Nicolai molimen.

#### DE EUSTRATIO, NICAEAE METROPOLITA.

Interjecto aliquo tempore Eustratius, hujus discipulus, qui Bithynorum urbi Nicaeae praesidebat archiepiscopus, saepius cum Latinis coram solio imperatorio collocutus de azymis et Spiritu Sancto, literisque mandare cupiens, quae Latinis dixerat, item ea, quae ab illis audierat in colloquio, neque caute neque laudabiliter prodidit de Spiritu sermones. Aliquoties etiam Philippopoli, audiente imperatore, cum Armenio quodam de duabus Christi naturis colloquium habens, ne tum quidem justa sacri sermonis habitatione, impudenter edixit, *et ante et nunc patri servire Domini carnem assumtam*; nescio unde profanam uactus istam vocem. Perterrefactus ad eam sententiam absurdam prorsusque insolitam Armenius, conviciis Eustratium perfundens, *τζυακόλην* vocavit: significat autem haec dictio apud Armenios cocumtem cum bestiis domesticis. Vetum etiam

βασιλεῖ λόγιμοι ἄνδρες τῆς λέξεως ἐπιλαβόμενοι, ὡς αἰρετίζοντι τῷ Εὐστρατίῳ ἐπὶ ἐπιλήττον· μικρῶν δὲ ὕστερον καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ὁ Εὐστρατίος παραλύεται, ὡς γεννητὸρ νέας αἰρέσεως. Τελευτῶν δὲ τὸν βίον, εἴρηται ταῦτα συνθεμένος εἰς πίστωσιν τῆς ἀληθοῦς μεταθέσεως, ὣν ἐδίδαξεν οὐκ ὀρθῶς πρότερον. „Υψώθη τὸ πρόσλημμα ἀπ’ αὐτῆς τῆς προσλήψεως, ὀπηνίκα δὴ προσελήθη παρὰ τοῦ κτίσαντος· καὶ τοσοῦτον, ὥστε πῶς ταῦτον τῷ κτίσαντι, οὐ κατὰ φύσιν (ἐτέρως γὰρ φύσεως τὸ προσληθὲν τοῦ προσληθέντος· οὐ γὰρ ἂν ἦσαν δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ), ἀλλὰ κατὰ τὴν δέξιν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν ὑπεροχὴν τῆς θεότητος, ὡς μὴ κατὰ τι τὸ ἐλαττον ἀποστρέσθαι· ἔστι γὰρ θεὸς μὴ τὴν φύσιν μεταβαλὼν καὶ γενόμενος, ὑπερ τε κτίσαν, καὶ ταυτὸν τῇ θεότητι. Τοῖς δὲ λέγουσιν, ὅτι τὸ πρόσλημμα ἐξίεται προκοπῆς, ἀνάθεμα. Ποῦ γὰρ καὶ προήξει θεός, ὡν τέλειος; Τέλειος γὰρ ἐστὶν ἐκ τελείου ὁ υἱός, ἐκ τοῦ πατρὸς. Καὶ οὐδὲν ἐστὶν ἐν τοῖς τρισὶν ἀτέλες.“ (Προέβησαν δέ, ἐφ’ οἷς ἀσυντηρήτως ὁ ἀγὴρ οὗτος ἐφ’ ἑγγετο, διαιρῶν τὸ πρόσλημμα διαμπάζ, καὶ λατρύειν αὐτὸ λέγων τῷ θεῷ καὶ πατρὶ). Καὶ ἀναθεματισμοὶ οὗτου „εἴ τις μὴ μετὰ πάσης ἐμβλαβείας τῇ κατὰ ψιλὴν ἐπίνοιαν διαιρέσει χοῖται πρὸς δῆλωσιν μόνην τῆς ἑτερότητος τῶν συνδραμοισῶν ἐν Χριστῷ δύο φύσεων, ἀλλὰ καταχρῶμενος αὐτῇ λέγει, τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως τοῦ Χριστοῦ τὸ μὲν εἶναι δεσπότην, τὸ δὲ δοῦλον, ἀνάθεμα.“ Καὶ πάλιν· „εἴ τις τὸν ἕνα Χριστὸν μετὰ τὴν ἕνωσιν διαιρεῖ,

imperatorī adstantes viri docti, voce ista castigata, Eustratium increpabant ut haereticum; brevique post etiam archiepiscopatu Eustratius solvitur, tanquam novae haereseos generator. Sed antequam vitā decederet, haecce composuisse constat ad fidem verae poenitentiae eorum, quae antea non recte docuerat: *Erecta est caro assumpta ab ipsa inde assumptione, quum primum scilicet assumeretur a creatore; idque adeo, ut quodammodo unum idemque evaderet cum creatore, non secundum naturam (namque alius naturae est assumptum, quam is, qui assumptus est; aliās non duae essent in Christo naturae), sed secundum receptionem et honorem et elationem divinitatis; ita ut nullatenus inferioris esset conditionis. Deus enim non id est, quod naturam mutavit et ortum est, sed idem quod principium creans, parque deitati. Dicentibus vero, carnem assumptam profectus esse appetentem, anathema. Ubīnam enim proficiet Deus, ipse perfectus? Perfectus est enim ex perfecto filius, patre. Neque est quidquam in tribus illis imperfectum.* (Provenere tamen talia, in quibus inconsiderate vir ille locutus est, naturam assumptam per medium quasi dividens, deoque et patri servire dicens).

Et hi sunt anathematismi: *Si quis non summa cum diligentia nudae cogitationis distinctione usus fuerit ad significandam solam diversitatem duarum naturarum in Christo concurrentium, sed abutens illā, dixerit, ejusdem in Christo substantiae alterum esse*

ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος τιθεὶς τὸν θεὸν λόγον, καὶ ἰδίᾳ τὸ πρόσλημμα, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα τοῦτον δοξάζει τῇ ταυτότητι τῆς δόξης καὶ τῆς ἀξίας διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἔνωσιν, καὶ ἕνα υἱὸν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, ἐκπέσει τῆς υἰοθεσίας, ἣν αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐπηγγείλατο. Συνεκάθεισε γὰρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐν τῷ θρόνῳ τῷ βασιλικῷ, καὶ προσκυνεῖται νῦν ὑπὸ πάσης κτίσεως, ἀνακραθεῖσα θεότητι. Ἦως οὖν οὐ τολμηρὸς ὁ διαχωρίζων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἀνυποστόλως ἐξ αὐτοῦ, καὶ διδοὺς αὐτῷ τὸ ἔλαττον, μιᾶς οὔσης τῆς ὑποστάσεως, καὶ ἐπίσης τιμωμένης καὶ προσκυνουμένης ὑπὸ πάσης κτίσεως;

\* \* \*

Ἐκ τῶν αὐτῶν πράξεων εἰς τὸ δόξασόν με, Πάτερ, τουτέστι δόξασον τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ταύτην, τὴν νῦν ἀτιμαζομένην, τὴν σταυρωθῆσομένην· καὶ ἀνάγαγε ταύτην εἰς τὴν δόξαν, ἣν εἶχον παρὰ σοὶ ἐγὼ ὁ λόγος καὶ ὁ υἱός, πρὶν ὁ κόσμος συσταθῆ.

\* \* \*

Ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ τὰ κατὰ τὸν Χαλκηδόνος Λέοντα ἐπ' ἐκκλησίας καὶ τῶν ἀρχαίων αὐτῶν διακεχωδώνισται, καὶ οὐκ ὀλίγον ἀπέτερον καὶ ταῦτα τάραχον. Ὁ γὰρ βασιλεὺς Ἀλέξιος, χρημάτων σπανίζων, καὶ μὴ ἔχων, ὅθεν τὰς τῶν στρατιωτῶν δαπάνας πορίσαιτο, καὶ ἄλλων μὲν ναῶν ἱερὰ ἀποσπάσας, τῇ γωνεῖᾳ παρέδωκε καὶ

*dominans, alterum serviens, anathema. Item, si quis unum post adunationem Christum dividerit, scorsim et pro parte intelligens Deum Verbum, et separatim naturam assumptam, neque vero unum hunc arbitretur secundum paritatem gloriae et dignitatis propter substantiarum adunationem, unumque post humanae formae electionem, refragari videtur filii conditioni, quam ipse pronuntiavit servator. Una scilicet sedere fecit humanam naturam in throno regio, adoraturque nunc, mixta divinitati, ab omni creatura. Cur igitur non audax fuerit, qui corpus Domini propalam separat ab ipso, eique tribuit sortem inferiore, cum una sit substantia, pariterque honoretur atque adoretur ab omni creatura?*

\* \* \*

#### EX HISDEM ACTIONIBUS IN ISTUD:

Glorifica me, pater, i. e. glorifica naturam hanc humanam, nunc dehonestandam, crucifigendam, eamque subduc in gloriam, quam habui apud Te ego Verbum et Filius, priusquam mundus esset conditus.

\* \* \*

Ejus aere Leonis quoque Chalcedonensium episcopi res in ecclesia ejusque magistratibus divulgatae sunt, nec levem vel ipsae turbam concitarunt. Namque Alexius imperator, opum indigens, neque habens, unde militum sumtus praestaret, reliquorum quidem

εἰς νόμισμα κέκοιτε, πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ τὰς τοῦ νεὸ τῶν Χαλκοπρατείων κα-  
θελὼν πύλας ἀργύρῳ διηλεκμμένας, τυποῦντι τὰς δώδεκα δεσποτικὰς ἰσοτάς, τοῖς  
χορευταῖς παρέδωκε, στείλας εἰς τὰ χουσοπλύσια. Ὅπερ ἰδὼν ὁ τῆς Χαλκηδόνος  
πρόεδρος Λέων, ἀνὴρ τῶν μὲν λογικῶν παιδεύσεων οὐκ ἐραστῆς ἀσφότατος, ἀρετῆς  
δ' ἀπίσης κανὼν ἀκηρέστατος, καὶ ξήλου τοῦ κατὰ θεὸν ἐμπλεως, εἰζορομαχίαν  
πρόδηλον τὸ γεγονός κατανόμαζεν, ἀποχρώμενος εἰς τοῦτο καὶ ῥήμασι τῶν ἐπ' εὐ-  
σεβείᾳ διαλαμψάντων καὶ κατὰ τῶν εἰζορομαχῶν ἀγωνισαμένων λαμπρότατα, τοῦ  
τε πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Νικηφόρου καὶ τοῦ Στουδίτου Θεοδώρου· πλὴν  
οὐχ ἀνοδιῶς πάντῃ καὶ ἀπροσκόπως· οὐδὲν ἢ τότε σύνοδος καθάαιρεσιν αὐτοῦ κατα-  
ψημίζεται. Τοῦτο μὲν, διὰ τὰ δοσιμῶς ὑπὲρ τῶν εἰζόνων παρ' αὐτοῦ λεγόμενα  
(τὴν γὰρ ὕλην καὶ μετὰ τὴν τοῦ σχήματος ἀφάνισιν εἰκόνας Χριστοῦ καὶ τῶν  
ἀγίων παραβόλως ἀπειραινέτο εἶναι)· τοῦτο δὲ καί, δι' ἄπερ ἐπιφέρει κατὰ τοῦ  
αὐτοκράτορος τραχύτατα ῥήματα, ὡς ἀπὸ μηχανῆς πετροβύλου, τῆς ἐκείνου γλώτ-  
της, ἀκοντίζων τὰ μὴ καθήκοντα. Μετὰ μικρὸν δὲ καὶ ὑπερόριος εἰς Μεσημβρίαν  
τὴν ἐς Πόντον ἀπάγεται. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑστεροβουλία νυττόμενος ἐπὶ τοῖς ξυνεχ-  
θεῖσι τῷ Χαλκηδόνοσ (ἦν γὰρ διὰ τιμῆς ἄγων τὸν ἀνδρα), αὐτὸς τε οὐκ ἔληγεν  
ἐπιστέλλων καὶ ὑποτιθεὶς αὐτῷ τὴν τῆς γνώμης μετάθεσιν, καὶ τὸν ἀνεπιδὼν δὲ αὐ-  
τοῦ, ὡς καὶ Ἀδριανουπόλεως ἐπεκέκλητο, μεταστειλάμενος, ἐπέτρεψεν, ὡςάκις ἂν

templorum vasa sacra abrepta, atque officinae aerariae tradita in monetam redegit; praeter  
alia vero aedium Chalcopratianarum portas, argento distinctas referente duodecim domini-  
ca festa, abstulit, fusoribusque traditas misit in aurificianas. Quod conspicatus Chalcedo-  
nis praeses Leo, doctarum disciplinarum amator non admodum insignis, sed omnis virtutis  
regula diligentissima, relique in Deum plenus, istam rem iconomachiam manifestam  
appellavit, abusus in eum finem dietis virorum pietate clarorum, qui adversus iconoma-  
chos pugnam illustrem inierant, Nicephori, patriarchae Constantinopolitani, et Theodori  
Studitae; ceterum non satis in omnibus congruenter, neque sine offensione. Unde tum  
temporis synodus depulsionem ejus decrevit; ab altera parte propter ea, quae Jurius di-  
xerat pro imaginibus (namque materiem vel post formae abolitionem Christi sanctorum-  
que imagines esse, inepte perhibuit); ab altera vero, quod immitissimas in imperatorem  
voces jactaverat, tamquam e machina saxifera, ipsius lingua, projiciens, quae non dece-  
bat. Brevique post Mesembriam quoque, Ponto adjacentem, abducitur. Imperator autem  
poenitentia compunctus eorum, quae Chalcedonis episcopo acciderant (virum enim in  
honore habebat), cum ipse non destitit literas ei dare mentisque mutationem ei suadere,  
tum ejus patrueli, cognomine Adrianopolitano, accessito permisit, ut, quotiescunque  
vellent, literas confidenter exararet ad patrum suum, eumque traduceret ad bonum im-

καὶ βούλοιο, γράμματα ἀδεῶς ἐγχαράττειν πρὸς τὸν θεῖον αὐτοῦ, καὶ παριστᾶν τὴν εἰς αὐτὸν τοῦ βασιλέως ἀγαθὴν πρόθεσιν, καὶ παραινεῖν ἀποσχέσθαι τῆς μὴ ἐπαινουμένης ἐνστάσεως. Ὁ δὲ πρὸς τὸν ἀνειψὶν ἀντεπιστελλων, οὐδὲν τι φρονῶν ἦν ἐνδόσιμον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ τοῦ βασιλέως μετὰ μελον διαμικρῶμενος, οὕτως ἐδιεξήμι· „Ὁ Πιλάτος λαβὼν ὕδωρ, ἀπενήφατο τὰς χεῖρας ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, εἰπὼν· ἀθῶος εἰμὶ ἐκ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου· ἀλλ' ὕστερον τὸν Ἰησοῦν γραγγέλλοντας παρέδωκεν εἰς τὸ σταυρωθῆναι. Καὶ ὁ Πρωδῆς ἠδῶς ἤκουε τοῦ Ἰωάννου, καὶ πολλὰ δι' αὐτὸν ἐποίει· τελουμένων δὲ τῶν γενεθλίων ἐκείνου, ἀποστείλας σπεκουλάτορα, ἀπεξεργάσεν αὐτὸν ἐν τῇ γυλακῇ.“ Καὶ μέχρι μὲν τινος ὁ Χαλκηδόνος Λέων βρονχητῆ θεῖο βασιλικῷ ἐοικώς, καὶ ὡς ἀλκαία, τῇ παρρησίᾳ ὑπουπτόμενος, ἀκατάπληκτος ἦν καὶ ἀνένδοτος. Ταῖς τῶν πολλῶν δ' ὅμως ὑπομαλαχθεῖς παραινήσεσιν, ἐνέδωκε τε ἄγαν, καὶ τῇ συνόδῳ συμφρονήσας, τὸν οἰκεῖον αὐθις θρόνον ἀπέλαβεν.

Εἶπον δ' ἂν, καὶ ὅσα Νειλὸς τις, μονάζων τὸ ἐπιτήδευμα, τὴν γέννην εὔσταχης, τὸ γένος Αἰγύπτιος, τῆς ὁρθῆς ἀλλότρια πίστεως κατ' ἄγνην τινὰ καὶ ἰδὼν ἀπόβλητον, ὡς ἀπὸ Κανωβιζοῦ στόματος, τῶν ἐκείνου χειλέων ἀπέπτυσεν, οἷον ὡρία πελαγίζων, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ εἰς πῆχεις αἰρούμενος, πολύχρα τὰ βλάσφημα ἐπαγγέλλοντας. Ὅτι δε ἀπέλιπον ἡμᾶς αἱ βιβλοὶ, καὶ τῆς ἡμετέρας μνήμης ἀπέπτυσαν,

peratoris consilium, atque hortaretur ad abjiciendam refragationem illandabilem. Iste vero ad patruelem rescribens, nil obsequii in animo habuit, imo imperatoris circa ipsum poenitentiam cavillans, hunc in modum disseruit: *Pilatus, accepta aqua, lavit manus coram omni populo, dicens: innocens sum a sanguine justii hujus. Sed postea Jesum flagellatum tradidit, ut crucifigeretur. Et Herodes lubenter audiviti Joannem, multaque fecit illius gratia; die autem natali suo, misso speculatore, decollavit eum in carcere.* Atque aliquamdiu quidem Chalcedonis episcopus Leo, mugienti belluae regiae similis, cauda leonina, libertate sua, irritatus, inconcussus fuit atque inflexibilis. Verum enim vero multitudinis emollitus admonitionibus, concessit admodum, synodoque conciliatus, suum de novo thronum recepit.

Exponerem quoque, quae Nilus quidam, disciplinā monachus, mento bene consito, genere Aegyptius, rectae adversantia fidei, velut paleam quandam et sentinam abjectam, tanquam ab ostio Canopico, labiis suis despumavit, non tempestive exundans, potius in brachia assurgens, multifluas exserentia blasphemias; quoniam vero libi nos defecerunt, nostraque avolarunt recordatione, quaecumque bufo vel serpens

ὅσα ὡς φρῶνος ἢ διαρᾶς, θηρία Λιβυκὰ καὶ θανάτω πρόσπολα, ὁ Νεῖλος οὗτος ἰοβόλα κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐξεμήμεκε ῥήματα, σιγῇ τὰ κατ' αὐτὸν παραδράμοιμι.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΟΓΜΑΤΟΣ ΤΟΥ  
ΣΥ ΕΙ Ο ΠΡΟΣΦΕΡΩΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ,  
ΑΛΛΗΘΕΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΑΝΟΥΗΛ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ.

Ἐπειδὴ δὲ ὁ μακρὸς χρόνος καινὸν αἰεὶ τι προϊσχεταί, καὶ ὁ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εὐσέβειας ἀνατροπὴς καὶ σπορεὺς τῶν ζιζανίων δαίμων οὐ λήγει τὰ πρὸς ἔριν δολοφαιρῶν καὶ μηχανώμενος τὴν διάστασιν, κατὰ τοῦτο οἶμαι καὶ τὰ σκάνδαλα, πρὸς βραγὴν πανόμενα, κατὰ βαθὺν ἀνθις ἀνατέλλουσι λήϊον. Πλὴν ἠλόγηται Κύριος, ὁ χρόνῳ ταῦτα μετρῶν, καὶ παραπέμπων ἀφρανισμῶ, μηδὲ παρατείνων ἐς αἰδιότητα· καὶ καλύπτων μὲν αἰσχύνῃ τὰ τῶν κακοφρόνων πρόσωπα, τῇ δ' ἐκκλησίᾳ βάσιν χαριζόμενος ἄπειρον, καὶ διδούς τὸ κατορχεῖσθαι κούφως τῶν τοῦ ἰδου πυλῶν.

Τότε καὶ βασιλεύοντος Μανουήλ, ὃς προπάτορα μὲν ἔσχεν Ἀλέξιον, τοκέα δὲ Ἰωάννην, τὸν ἐν ἀναξί περιώνυμον, ἐκινήθη δόγμα περὶ τοῦ σὺ εἶ ὁ προσφέρων καὶ προσφερόμενος. Καὶ οἱ μὲν μόνῳ τῷ πατρὶ τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ θυσίαν

dipsas, animalia Libyca mortisque ministra, Nilus hic adversus pietatem evomuit dicteria, res ejus silentio praetercurram.

DE DOGMATE  
TU ES OFFERENS ET OBLATUS  
VENTILATO  
IMPERANTE MANUELE COMNENO.

Quoniam vero longum tempus novi quid semper producit, ecclesiasticaeque pacis ever-  
sor satorque zizaniorum Diabolus non cessat dissidia fraudulentè struere ac discor-  
diam machinari, ita puto etiam scandala, modo sopita, in altam denuo assurgunt segetem.  
Ceterum benedictus sit Dominus, tempore talia metiens, tradensque abolitioni, neque ex-  
tendens in perpetuum; atque condens ignominia malevolorum faciem, ecclesiae vero fun-  
damentum gratificans sempiternum, permittensque faciliter desultare adversus inferni portas.

Tum quoque, imperante Manuele, qui avum habuit Alexium, patrem vero Joan-  
nem, inter reges perillustrem, ventilatum est dogma circa illud: *tu es offerens et  
oblatus*. Jamque alii crucis sacrificium soli patri oblatum dicitabant, neque vero ipsi

Ver-

προσηνέχθαι ἕμασπον, οὐ μὴν καὶ αὐτῷ τῷ προσενέγκαντι λόγῳ (εἰ γὰρ τοῦτο ἐλεγρον, εἰς δύο πρόσωπα πάντως ὁ εἰς τοῦ Θεοῦ υἱὸς διαστήσεται, ὅποια ὁ λῆρος παρεσιῆγε Νεστόριος)· οἱ δὲ καὶ αὐτῷ τῷ υἱῷ γενέσθαι τὴν προσφορὰν ἰσχυρίζοντο, ὡς ἐνὶ καὶ ἀχωρίστῳ τῆς ὑπεραρχίου ὄντι τριάδος. Οἱ γοῦν τότε λογιότῃ χαίροντες τῇ προτέρῃ προσεγένεσαν δόξῃ. Ἦσαν δὲ οὗτοι Σωτήριχος ὁ Παντεύγονος, ὑποψήγιος ὢν τῆς κατὰ Συρίαν Ἀντιοχείας, ἣν Ὁρθόδοξος ποτίζει, καὶ Ζέφυρος καταπνεὶ ἄνεμος· ὁ Ἀντάρχίου Εὐστάθιος· ὁ Βασιλάκης Νικηφόρος, καὶ ὁ τῆς Θεσσαλονίκης Μιχαήλ, οἱ καὶ καθήρηνται πάντες. Τούτων δὲ οἱ μὲν ἄλλοι ὑπὸ ὀδόντα ἔμυσσον, οὐδὲ παρόρησία καὶ διαρρήδην τὰς ἑαυτῶν ἐξέμερον γνώμας, καὶ τοῖς τῶν πολλῶν εὐήχουν ὡσί. Σωτήριχος δὲ ὁ Παντεύγονος λογογραφεῖ τὸ δόγμα, καὶ παρίστησι τοῖς βουλομένοις, ὅποια τῶν δοξῶν προσένεγκε, πλατωνίζον τῇ διαλέξει, καὶ οὕτω τὰ γραφέντα ξυνθέμενος.

ΕΚΘΕΣΙΣ ΣΩΤΗΡΙΧΟΥ ΤΟΥ ΠΑΝΤΕΥΓΟΝΟΥ,  
 ΠΑΡΙΣΤΩΣΑ,  
 ΟΠΩΣ ΕΦΡΟΝΕΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΟΓΜΑΤΟΣ, Ο ΦΗΣΙ,  
 ΣΥ ΕΙ Ο ΠΡΟΣΦΕΡΩΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ.

Ἐπυθόμεν, ὡς ἐν συνόδῳ διακόνω δὴ τινε περὶ δόγματος διεφέριστον, καὶ ὡς

Verbo simul offerenti (quod si dicebant, in duas omnino personas unus Dei filius dividetur, qualia nugatorius introduxit Nestorius): alii ab ipso quoque filio factam oblationem contendebant, ut uno et indivisibili a summa omniium imperatrice, trinitate. Jamque viri tum temporis doctrina gaudentes priori adhaerebant opinioni; Ii vero erant Soterichus Panteugonus, designatus ad archiepiscopatum Antiochiae Syriae, quam Orontes rigat, Zephyrusque afflat ventus; Dyrhachii Eustathius; Nicephorus Basilaces, et Thessalonicae Michael, qui condemnati sunt omnes. Horum autem reliquii dentibus mussitabant, neque cum libertate verbisque disertis suas proponebant sententias, auribusque multitudinis bene audiebant; Soterichus vero Panteugonus dogma verbis consignat, volentibusque proponit, ad quamnam opinionem inclinet, platonizans dialectice, sicque a se scripta componens.

EXPOSITIO SOTERICHI PANTEUGONI,  
 DECLARANS,  
 QUOMODO SENTIRET DE DOGMATE, QUOD DICIT:  
 TU ES OFFERENS ET OBLATUS.

Comperi equidem, duos quosdam in synodo diaconos de dogmate disceptasse, atque

ἑκατέροιν τούτοιον συνέστησαν ἄνδρες ἐπ' ἄκρον τῆς καθ' ἡμᾶς παιδείας ἐλάσαντες. Προθυμομένῳ δέ μοι μαθεῖν τοὺς λόγους, οὐκ ἐξερίνετο. Παρῆς οὖν αὐτός, ἱερὰ φιλοσύνης, τότε, παρήξ; — Παρήν, ὦ μακάριε, καὶ τῶν ἐκάστοις λεγομένων ὡς ἐπιμελέστατα ἤκουον· οὐδ' οὐκ ἠδονῆ μὲν τοὺς λόγους ἀποδεχόμενος, φιλονεικῶς ἔχοντας μᾶλλον, ἢ ἐσκεμμένως· ἀχθόμενος δὲ καὶ τοῖς αἰτίοις ταύτης τῆς στάσεως, ὅτι δέον παρῆνα σιωπῆ τὰ θεῖα (τούτο γὰρ ἢ τε γήσις αὐτῶν ὡς δυσκατάληπτος ἀπαιτεῖ, καὶ ἢ πάτριος παραίνεσις ὑποτίθεται), οἱ δὲ τὰ ἐσκαμμένα τε ὑπερβαίνουσι, καὶ τὰ καλῶς σεσημημένα τοῖς παλαιοῖς διαξαίνοισι, μηδὲ τῆς ἀνδρός τινας σοφοῦ μεμνημένοι παραγγελίας, ὅς ἤλιψ παρῆναζεν ἢ καὶ πυρὶ τὰ θεῖα, παρήνει τε, μὴ ἀντιπεῖν ἤλιψ (σκαρδαυῖνται γὰρ καὶ ἀμνηροῦσθαι τὰ ὄρηματα), μήτε ἀπολείπεσθαι τοῦ καλλίστου τούτου θεάματος, ἀλλ' ἀπολαβεῖν αὐτοῦ, παρατηροῦντας ὡς οἷόν τε· τῷ τε πυρὶ μὴ πᾶν τι προσεγγίζεῖν (καίεσθαι γὰρ), ἀλλὰ μὴ ἀπωτάτω ἀγίστασθαι, τῆς θερμότητος βουλομένους μεταλαγχάνειν. Ὡς εὖ γε, φίλη μοι κεφαλή, περὶ τῶν θεῶν διανοῆ. Πάνυ γὰρ ἐπὶ τούτῳ ἐλλαβεῖσθαι δεῖ τὴν λεπτόλογον παρατομμένους ἀκρίβειαν, καὶ τὴν ἐφ' ἑλλεβορῶ τῶν ἰατρῶν κἄν τούτοις διαφυλάττειν διάταξιν, ὃ καθάειρεσθαι φασὶ παρελημμένῳ παχυμεροῦς, εἰς δὲ λεπτότατα τεμνομένῳ τὸν χορησάμενον ἀποπνίγεσθαι. — Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκείνοις τῆς τόλμης ἐγκαλεῖν ἀγείστω, νεανιᾷ προθυμίᾳ τὴν μέσσην (καὶ καθ' αὐτοὺς Λακωνικῶς εἰπεῖν)

alterutri assensisse viros ad summum nostrae doctrinae gradum erectos. Numquid tu, affuisti, amice plurimum reverende? numquid affuisti? — Affui, amice egregie, singulorumque dicta diligentissime audivi; non quidem cum voluptate probans sermones, ambitiosius prolatos quam consideratius, sed indolescens etiam hujus dissidii causis. Cum enim deceat, silentio praeterire divina (quod scilicet natura eorum requirit, ut aegre intelligibilis, et patrum suggerit cohortatio), illi cancellos transcendunt, silentioque bene pressa veteribus pervestigant, immemores quoque admonitionis a viro quodam sapiente propositae, qui soli aequabat vel etiam igni res divinas, suadebatque, ne qui solem adversum adspicerent (connivere enim oculos atque obscurari), neque abscederent a pulcherrimo hoc spectaculo, sed fruerentur eo, pro parte virili attendentes; item ad ignem ne admodum accederent (nempe aduri), neque remotius starent, si quidem caloribus vellent participes fieri. Quam sententiam, carum mihi caput, utinam tu quoque habeas de rebus divinis! Admodum enim circa illud vitanda et deprecanda subtilioris disquisitionis diligentia, medicorumque hic quoque circa helleborum servanda ordinatio, quo purgari dicunt sumto frustatim, sed minutissime secto utentem suffocari.

Ceterum istis audaciam exprobrare supersedeamus, juvenili fervore mediam (Laconice cum iis quoque dicendo) transcendentibus. Tu vero rem mihi expone. — Sermo

ὑπερβαίνουσι· σὺ δέ μοι τὸν λόγον διέξιθι. — Ὁ μὲν λόγος ὡς εἶπεν συλλήβδην ἀπεφάνετο, τὴν προσληφθεῖσαν τῷ λόγῳ φύσιν μήτε τῷ πατρὶ προσενηνοχῆναι μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τῇ θεότητι τοῦ μονογενοῦς τὸ οἰκεῖον αἷμα. Τοῦτο ὁρῶν πολλοὺς τε ἄλλους, καὶ δὴ καὶ ἄνδρας ἀρετῇ καὶ λόγῳ διαπρεπεῖς τεθορόβηκεν, ὡς μὴ μόνον ὄν ταῖς ἡμεδαπαῖς ἀρχαῖς ἀνακόλουθον, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ Νεστορίου εἰσάγον διαίρεισιν. Εἰ γὰρ δὴ τῶν φύσεων ἐστὶ τό, τὴν μὲν προσάγειν, τὴν δὲ προσιέναι, πᾶσα ἀνάγκη καὶ τὴν προσάγουσαν ὡς ἀρχιερέα καὶ θύματος λέγειν ὑπόστασιν, καὶ τὴν προσιειμένην ὡς θεὸν τὰ περὶ τὴν θυσίαν ὁμοίως ὑπόστασιν. Τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Νεστορίου θανατῶδες ἀμάρτημα ὡς δεινόν τι λέγεις εἶναι, τὸ τοῦ εἰπόντος οὐκ οἶδα εἶπεν εἴτ' ἀγνόημα, εἴτε παράπτωμα. Εἰ γὰρ οὕτως εἶπεν, ὡς ὁ θεὸς λόγος, γενομένου ἀνθρώπου, αὐτὸς ὡς θύτης κατὰ τὴν πρόσληψιν προσενηνοχεν αὐτό, ὡς θῦμα κατὰ τὴν σάρκα προσήνεκται· αὐτὸς ὡς θεὸς προσήκατο τὸ τυθεῖν, καὶ πανταχοῦ τὴν ὑπόστασιν κατὰ τὰς ἐνεργείας τῶν φύσεων παρελίμβανεν· ἦν μὲν καὶ οὕτως ὁ λόγος ὀλίγου δέω λέγειν οὐκ ἀσφαλῆς. Τὸ δὲ τὰς φύσεις διίστῶντα λέγειν καθ' ἑαυτὰς ἐνεργεῖν, μηδαμῇ παρελημμένης τῆς ὑποστάσεως, βαβαὶ κινδυνῶδες καὶ ἐπιεικῶς ἐστὶ χαλεπόν. Ἄλλ' εὐξάμην ἄν, μήτε αὐτὸν τῇ δόξῃ συνεστάναι ταύτῃ, μήτε τοὺς περισταμένους αὐτόν· ὅθεν ὡς αὐτόθεν ἄτοπον καὶ μὴ λόγον πολλῶν δεδημιμένον εἰς ἔλεγχον διὰ τὴν ἀτοπίαν αὐτοῦ, χαίρειν ἐάσω. — Ὑποκειμένου δὲ τοῦ

iste declarabat, assumtam Verbo naturam non patri soli, sed etiam Deitati obtulisse unigeniti proprium sanguinem. Hoc dictum cum multos turbavit, tum etiam viros virtute doctrinaque insignes; ut non solum nostris principiis refragans, verum etiam Nestorianam introducens distinctionem. Quodsi enim naturarum est, aliud offerre, aliud admittere, necesse omnino erit, et offerentem (naturam) ut summum sacrificiū pontificem dicere substantiam, et admittentem (naturam) ut Deum circa sacrificium similiter substantiam. Hoc scilicet Nestoriū peccatum, ut rem saevam, morte dignum dicis, ejus, qui nescio an ignorantiam admisit, vel delictum. Quodsi enim ita locutus est, Deum Verbum, hominem factum, ipsum ut sacrificium secundum assumptionem illud obtulisse, idem ut sacrificium carnale oblatum esse, ipsumque ut Deum admisisse sacrificatum, et quavis ratione substantiam secundum effectum naturarum accepisse, sententia ne sic quidem — ut fere dicam — erit tanta. Sed naturas dividendum dicere, singulas per se esse efficaces, neutiquam receptā substantiā, vach! periculosum hoc satisque difficile. Atque ne ipsum quidem vellem opinioni huic adstipulari, neque ejus sectatores; unde ut absurdum per se, neque nullis ad refellendum indigens verbis propter absurditatem, valere jubeatur.

Cum vero propositum sit, non assumtam naturam, sed ipsum hominem divinum,

